

Erater Joannes de A Siculus
 Panormita ordinis prædicatorum Sacre
 Theologie Professor Reuerendiss
 in xp̄o Patri et Dño d: Thomae Ar
 chiepiscopo et Principi Strigonien:
 ac Sctæ Ro: Ecc: tituli S: Martini
 in Montibus presbitero Cardinali
 Dignissimo supp̄r se cōmendat:



C
O
G
I
T
A
N
T
I

mihi Reuerendissime Antistes
 cui nam potissimum Pannonus
 Regum et Principum, interque



V. V. V.

169

Georgius Bozze Regius Salamis d: 1611.

hos Ioannis Coruini ac unius
nati illius Regis Mathie sēmper
inuidi Martia gesta quibus ter-
ra mariqe hostes ferro clauaqe
depugnans uicit, prostrauit, eli-
minauit catenus uti nulli iam
reges dum uiueret, haberentur,
qui non eum aut optarent beni-
uolum, aut iratum pauerent. Tu
unus ex omnibus quos Pannōia
nostro hoc æuo produxit et qui
inter primarios eiuscē gentis pro-
ceres nulli secundus existis me-
a sententia appositissimus occur-
risti, cui (extra omnem contro-
uersiam) iure meritoqe dicaren-
tur; Cum enim multa et quide
maiestate et gloria inter hæc splē-
didissima habeantur potentissi-
mæ nationis illius in complures

Ex Museo
Hungarico



populos patrata facinora, in Turcas tamen, christiani nominis iuratissimos hostes, quod gentilicium ac pene natuum pannosibus scimus, plurima reponuntur acerrima bella: sed illud precipuum celebratur ab omnibus quod ad Belgradum, Ioannes Coruinus una cum natis Ladislao atque' Mathia, multo licet sanguine de Maumethe famatissimum toto terrarum orbe, reportauit triumphum. Cuius quidem Mathiae' potentissimi ac semper invicti x Regis, anteq; sacris initiareris / uictoria arma creberime cum sis prosecutus, non est cui magis isthec liquido constent habeatq; in numerato. Ei siquidem aduersus Christianae fidei hostem, ar-

a ii

dentissimo spiritu die noctuque
herebas, tuaqz humanarum diui-
narumqz rerum omnifaria doctrina
grauissimo consilio prudentia
exactissima ad complura et ea glo-
riosiora, splendidiora qz inuictum
Regem, et ad quaeqz maxima na-
tum dirigebas, hortabar, mune-
ra exequenda; Hinc autem omes
factum sciunt ut sapientissimus
Rex tum de uirtute, semper cuz
de se benemeritis amantissimus
ac munificentissimus retributor,
te sacris addictum indies honesta-
taret magis magisqz uariis digni-
tatum titulis muneribusqz orna-
ret, felici prorsus omine qui po-
tius numine, Rex cordatissimus
egerit, uti uidelicet qui corpora-
libus antea armis proprio tuo sâ-

guine crucis Christi hostem ar-
dentissime fueras insecutus: Iesu
Dei nostri scholam ingressus, no
carnalibus iam tantum armis te-
lisq; munitus sed ualidissimus in-
uictissimisq; spiritus machinis
dextra leuaq; stipatus, consertis-
simos spiritualium quoq; nequitia-
rum cuneos, ne dum expugnare/
sed inuertere eliminare funditusq;
addisceres exterminare; Arma si-
quidem nostra Christianorū scili-
cet ait Paulus non carnalia sed
spiritualia sunt potentia deo: tam-
et si his quoq; uti haud inconueit,
tum aduersus infideles quosq; cū
in rebelles xpianos, obstinatos p-
cipue, Sed ad rem. Sanctissimo
itaq; quodam iure. id reposcenti-
bus amplissimis, candidissimisq;

a iii

uirtutibus tuis, a quibus uel tan-
ti sper, et per summa earum ca-
pita edicendis, temperauerim ex
professo. Gnatonicam abhorre-
tes: inter apostolici Senatus car-
dineos postes, ab olim collocatus.
ueluti singulare eminas tubar, ru-
bro galero, clamide rubra ad hoc
in signitus: quatenus te ut alios i-
ter omnes dignitatem ei gradu sub-
limiorem spectas: sic omnibus
tanq; singulare uirtutis specimē
et exemplar: ad gloriosam xpī
iesu dei nostri fidem souendant
extollendamq; ac sponsæ illius
unicæ unionem marij tenendas
defensandamq; Romanam eccl-
iam dico effundendumq; ipsius
quocq; sanguinem et animam, ha-
bitum rerum gratia teneri te pri-

num erubet pensées; id quæ
omnes actus tui consilia monita
ac sanctissima præficerunt docu-
menta; quæ utinam iniqua hæc no-
stra (nequid dixerim peius) admis-
serent tempora. Verum hæc par-
tius. Scripsit post quinque im-
fuerum inlumentorum annali-
tūs, hæc quoqz Petrus Ranson
Siculus, Panormitanus. Lucerii
olim Prætori diuī prædicatorum
ordinis professor, cum legatione
ad Illusterrimum Mathiam Re-
gem Pannorum, pro Ferdinandō
magno Siciliæ Rege, funderetur;
Quod opus, prioribus a se gracil-
sime ac fidelissime scriptis, auñec-
tens. **LXI.** annalium omnium te-
porum nominari uoluit. Ab initio
autem gentis Principum Regūqz

a iiii

illius ideo exorditus est perq; tri-
ginta et septem indices opus disti-
xit, uti omnibus eiusq; Princi-
pis ac Regis, eiusq; temporis, fe-
licia minusq; prospera gesta, in
promptu, essentq; ad manum. Eū
autem uirum sicut multi uigi doc-
trina ornatum, sic multifaria et oī-
moda historia, ac dulci quadam,
et (ut ita dixerim) nativa eloquen-
tia lepidum ac benetersum, et qđ
historiam gratissimam reddit, nū-
q; effusum prolixius aut mancuz
decurtatumue; sed medio se quodā
methodo emunctissime continen-
tem, tu in primis Pater Reueren-
dissime nosti, quando homini
pro tua humanitate fueris amicis
simus, dum circa eadem tempora,
diu Mathiæ Regiam coleretis /

isthæcq; lepidissima eius Epitoma-
ta (sic enim et ipse illa appellat) legi-
ti cuilibet præferunt; Quæ cum
ab olim ad meas deuenissent manus
ut pote Reuerendi huius patris af-
finis et pronepos ut ipse Siculus
patria Panormi natus eiusdem
ordinis professor; in eodemq; ce-
nobio præfatæ religioni addictus
interq; Theologos ut ille (impari-
bus licet meritis) aggregatus, mul-
ta sum sapientissime meditatus quid
michi de his faciundum: Occurre-
bat autem (ut dixi) nullus cui dede-
rentur eo sublato cui inscripta fue-
rant; et ea latere scelus rebar ingra-
titudinis atq; ignauiae: Sicq; in ua-
ria agitatus animus suadebat hor-
tabatur differebat, sed eo magis qd
imperfectum contemplabatur op?

8
Non enim habentur quæ ultimus
recomittit index: At id forsitan
deo evenerit qd apud scriptorem cui
Reucrendus hic pater diem obi-
vit, ea tenebantur: Quæ tamen ulti-
ma Regis Mathiae gesta, propterea
mihi facile fuisse suadeo; quia pa-
cato undeq; removet ad quietem
deductis ipse gloriatus Rex, dum
ad decorandum multiplici solertia
regnum, mentem appulit, e me-
dio sublatuſ est, non multoq; post
Scriptor egregius benedictam ef-
flauit animam. Operi vero qua-
si ipsius perfecturis, pro eo haud
manus apposui, quoniā tam
rerum nulla mihi certa cognitio,
quæ tamen uniuerso historico ne-
cessaria est. Videremne Pater am-
plissime, quo me nra hac addu-

xerit hesitatio? Ad hoc certe ut
Romam ueniens; qua gloria Vr-
be, Cornuua familia orta ex qua
diuus ipse Mathias genus traxit,
de quoqz ac eius genitore omnifa-
triam famigerato. splendidissima
multa ac memoratu dignissima
inseruntur, tibi auctoris amicis-
simo cui et non alteri cuiquam di-
uo Mathia sublato, tamqz Princi-
pi fortissimo, patrono plentissimo
patricz reuerendissimo si auctor ip-
se uiueret offerret: et librum et
me ipsum pariter dederem et offer-
rem. Suscipe ipsum igitur Pater
Reuerendissime nobilissimis ma-
xima sui parte ut ab auctore scri-
bi iussus est, characteribus exorna-
tum: Tibi enim illum dono una
meum offero et dedico. Nunc x

primum autem latebras egressū
tu qui gentis Pánonum decus es
iubar, sydusq; fulgidissimū, tuo
inq; lumine illustra: catenus ut
omnibus in posterum pateat ac
uelut celtico protectus clipeo cun-
ctis sese intrepidum exhibeat. At
quamq; Reuerendissime Antí-
tes, grauissimæ ac complures se of-
ferant causæ, quibus pro tua doc-
trina exactissima eminentissiaq;
sapientia, totus es ab ipsis (ut aiunt)
unguiculis deditus. inter ociandū
tamen his ad horam applicuisse a-
numum haud aspernabere, præ-
sertim cum et eloquentia polleas
et historia delecteris, et ista suop-
te natura sint talia quæ non me-
diocrem animi afferant uoluptatē.
Sed ea cum legeris mei quoq; fi-

dissimilis seruuli tui pro tua iom-
nes clementia et humanitate sis
memor et opto et humillime pre-
cor. Vale semper usq; homine
felix: Ecclesiæ sancte splendidiſ-
simum Sydus.



PETRVS RANSANVS
SICVLVS EPISCOPVS LVCEPINVS
DIVO MATHIAE,
HVNGARORVM REGI POTEN-
TISSIMO, AC SAPIENTISSIMO,
VTRIVSQVE VITÆ FELICITATE

Solent nonnulli, quum dis-
cedunt ab eo, quem ama-
uerunt, aliquid illi relinquere:
Quod sit veluti pignus quoddam
sinceræ et non simulatæ charita-
tis officium. Quod humanitatis of-
ficium prudentissimus quisque re-
cte semper, mirificeque laudauit,
et quidem non iniuria, eo namque
fit:

fit: ut licet sit absens, qui amauit,
in eo tamen, qui amatus est, dul-
cis quædam, et quæ non facile
aboleri possit, benevolentia memo-
ria perseverat. Cum igitur in Re-
gia tua, biennio ipse sim versatus: ac
propterea satis animaduerterim: in-
esse tibi permultas Rege optimo cli-
gnas, corporis animique virtutes, fieri
profecto nequivuit, quo minus ad te di-
ligendum vehementer allicerer, eo de-
inde magis est auctus amor meus,
quod non solum, quum primum p-
ueni in Regnum hoc tuum, me tu
et suscepisti benigne et habuisti per
liberaliter, sed quamdiu etiam apud
te fui, me non mediocri honore affe-
cisti. Ture igitur es, humanissime Rex,
meo aliquo clono dignissimus. Fateor ta-
men ingenue, mihi non esse uel argentum
uel gemmas, aut aurum, quo clonem
Regem, quem nullus mortalium dubitat,
esse omni diuitiarum genere locupletis-
simum.

sum. Est nihilominus mihi dei natu
reque beneficio uis tum mentis tum a
nimis: qua sum ausus quædam in tuis Ma
iestatis exigui ingenii mei dedicare mo
numenta. Sed ostendam paucis: unde
mihi incasserit ea excitandi ingenii seu
cupido seu cogitatio. Cum superoris a
ni hyeme Vienne agere: Tua Beatrix
Regina sapientissima edidit mihi le
gendum codicem quendam quo scribi
tur series principum: qui ab Atilla ad
tuam usque tempestatem regnum in
hungaria tenuerit. Cumq; perfecto li
bro inimaduertitur: cum seriem no
tali nitore orationis explicitam: quale
rerum maiestas ac dignitas postulasset:
Regina ipsa hortante: contuli me ad
scribendum stilo paulo cultiore quam
que de hungarorum principum re
gno atque ordine libri illius auctor
non satis latina oratione prædiderat.

Sum nihilominus hac usus licentia :
ut non nulla quorum ille non memi-
nerat suis scriptis adiecerim : quædā
autem que redundare parumq; ad
rem ualere sunt uisa detraherim. Qd̄
eo feci : quia non fuit mihi animo pro-
lixam scribere historiam : sed epithoma
quoddam condere iterum hungararū :
quod pro tui ingenii excellentia uno
pene spiritu posses ipse perlegere.

Quæ uero his de rebus ex eo quem di-
xi codice decerpta a me collecta q; sūt
ca aliaq; illa quæ superaddidisse me
dixi adieci ego uiginti cuidam ope-
ri meo a triginta iam annis incepito /
et ab hec usque tempora continuato /
non dum tamen edito : quod inscribo /
O mīum temporum annales. Eius
operis sexaginta iam uolumina ab
soluta mihi sunt. Quo circa fit ut
eis qui est de rebus hungaricis sit

iporum Annalium liber primus et se-
xagesimus. Quanquam et alia occur-
rit causa: quo in condendo rerum hun-
garum epithomate uersari decreue-
rim: Opere nanque illo meo cuius me-
mini et memorauit: quae pertinere sunt
uisa ad regna penè omnia: quae a mul-
tiplicatione generis humani post dilu-
uium ad hoc usque saeculum magis
in orbe clara magisque celebrata fu-
ere. Solum prætermiserat regnum
hoc tuum: non plane: quod illud de-
scribere me piguerit. Fuit autem mi-
hi impedimento: quod nunquam
fui in Italia natus hominem: quo
docente: rerum de quibus loquor ue-
ram atque exactam portionem habe-
re noticiam. Me itaque in Hunga-
ria agente: ac ueniente in manus
meas opusculo: quod dixi: narran-
tibus præterea compluribus auctori-

Q.
tate præstantibus uiris tum rerum tum
locorum eiusdem tui amplissimi flo-
rentissimiq; regni peritis: scribendi
ea laborem suscepisti: quem cum par-
est tuæ maiestati et quidem non
inuitus dedicavi. Que uero a me eo
libro conmemorantur ea tu per quā
maxime intelliges ex indicibus:
qui ante ipsius libri initium adnotati
sunt. Bene uale Rex optime

**Q**ue uero colibro traduntur
ex his delecta sunt aucto-
bus **B**eato **M**attheo euange-
lista. **B**eato **I**heronimo. **B**eato **A**u-
gustino. **C**esarensi cusebio **H**erodo-
t. **A**ristotelle. **S**trabone. **P**linio.
Solino **P**omponio mella. Ex uita
beati martini. Ex uita beati leonis
pape. Ex gestis romanorum prin-
cipum. Ex uita sanctarum undecim

in ilium virginum. Ex uita beati stephi-
ni hungaroru regis. Ex uita beate ma-
garite filie beli. iii. regis hungarie. Ex
histoia Elinij de origine barbararum
nationum post Constantinu. Ex ui-
ta Caroli magni scripta ab Angelo
Acciaiolo florentino. Ex quadam pa-
pe pñ epistola: qua Vicennā urbem de-
scripsit. Ex scriptore hungariæ histo-
riae.

PETRI RANSANI
SIC VLI THEOLOGI
ATQVE HISTORICI LVCE-
RINI EPISCOPI ANNA-
LIVM OMNIVM TEM-
PORVM LIBER PRI-
MVSET SEXAGESI-
MVS FOELICITER ICIPIT.
Cuius sunt indices septem & triginta

PRIMO: PER PAU-
CIS OSTENDIT
TEMPVS ADVENTVS
AVCTORIS IHNGARIA:
et adnotatur oratio: quam idem habuit
Ad DIUUM Mathiam Hungarorū
Regem Diuamque Beatriçē Reginā
quia oratione explicitantur causæ eiusce
aduentus: et afferuntur non nulla ad
ipsius regis et Reginæ laudes p̄tinēta
SECUND O: Pannonia quæ &
hungaria circumscribitur iuxta
ueterum recentioruinq; descriptionē.
Declaratur priuitera: unde Pannoniæ
et hungariæ nomen inditum sit.
TERTIO: Describitur Danubius
fluvius: enumerans celebrionbu
uel Ciuitatibus uel oppidis penes ipm
a suo fonte usque ad hostia positis.
QUARTO: repetuntur quadam
altius de hñorum origine: dcq;
ipsorum in pannonia aduentu: Fuitq;

mentio Atilæ: qui cuiuscè gentis regnum
in ea regione constituit.

QVINTO: Ostenditur: quale fuit
rit ingenii: qualesque mores Atilæ:
& redditur causa: quorū Bledā sicē īterficeret.

SEXTO: Traditur: quemadmodum
Atila invasit Illyricum liburnā/
Damaliā/ Italiam sed perterritus minis-
beati Leonis Pontificis Maximi dum re-
dierat in pannoniās: in Horico moritur.

SEPTIMO: Proditur: discordas
se filios Atilæ: ipso mortuo: uenisse
q; ad arim: quibus totus pene hūnore
exercitus deletus est: ciusdēq; gētis po-
tētā ac nōmē deletum peritus fuisse a
Carolo magno: uenisse postea enatione
Scythica denuo exercitum in pannoni-
as: ubi rerum potissunt: a quorū duce
dicti sunt hungari: et occupata ab illis
regio hungaria.

OCTAVO: Ostenditur: quo ordīe

ac per quos post occupatam pannoniam,
corum rem publicam hungari usque
ad sancti Stephani regnum administrare.

NO N O. Demonstratur quinā
fuerint beati Stephani parentes.
Fit et mentio de ipsius ortu / baptis-
moque & regno: de rebus præteris ab eo
gestis / uiteq; sc̄itate & piissimo obitu.

DE C I M O. Fit mentio duorum
qui beato Stephano alter post alterum
successerūt in regnum: deq; defensore
hungariorū a religione xpiana: q̄ mo-
ta est in catholico homines grauissi-
ma persecutio.

VNDECIMO. De quatuor regi-
bus Andrea: sub quo hungari ad
christi cultum redierunt: Bela: sub q̄
hungari denuo defecerūt a christo: sed
ab ipso rege deleti sunt: Salomone:
Geisa: de que rebus: quas iſi gessere.

DVODECIMO: De beati Ladislai

regno: deque rebus abeo foelissime gestis: de insidijs quoque sibi a Salomonē ne nepote paratis: quibus tamen diuina ope ereptus est. De ipsius preterea Salomonis religiosa morte.

TERTIO DE CIMO: De regno Colimani: sub quo hungari multa gratia, deoq; & hominibus molesta perpesi sunt: cum multa iniq; et crudelissime gesserit.

QVARTODECIMO: De Stephano huius nominis secundo rege: qui cum crudeliter et impie omnem uitam trahegisset: deinde occulto mortalib; consilio: pie die statum obiuit.

QVINTO DE CIMO. Fit mentio sex uitorum: qui ordine regnum tenuerit. Belę huius nominis secundi: Geisę huius quoque nominis secundi: Stephani huius nominis tertii. Belę

huius etiam nominis tertij. Et merita
huius nominis primi. et Ladislai hu-
ius nominis secundi.

SEXTODECIMO: De An-
drea rege secundo: Cuius fuit fi-
lia beata Elisabeta: deque Bela quar-
to: ac de beata Margarita eius filia:
Cuius uita codem indice scribitur.

DECLIMOSEPTIMO: De Ladis-
lao quarto: qui duxit uxorem
filiam Caroli secundi regis Siclie:
Cuius uita cum esset infamis: exco-
municatus est ab apostolice sedis legato.

DVODEVICESIMO: De tribus re-
gibus Andrea tertio: ac Vladislao
bohemio: qui et Ladislaus: Othonoq;
bauaro: sub quibus hungari in duas
factiones diuisi. Arma iter se contulerunt.

VNDEVICESIMO: De Carolo
huius nominis primo rege: qui re-
gnum et tenuit prudentissime: & au-

xix gloriosissime.

OPHAV

VICESIMO De Lodowico hu-
ius nominis rege primo patre
tus non modo similis sed etiam par-
cum paternum regnum sua uirtu-
te conseruaerit: & auxentem.

PRIMO ET VICESIM: De Sigis-
mundo Romanorum impera-
tore & hungarie rege huius nominis pmo.

SEcvndo ET. XX. De Alber-
to huius nominis primo: & Ro-
manorum imperatore.

TERTIO ET. XX: De Vla-
dislao huius nominis rege sex-
to: sub quo hungari ad maximas
inter se uenere discordias: quibus
ipsa hungaria plurimum afflicta
ta est. Fit et mentio **IOHANNIS**
CORVINI: Cuius opera opeq; et
Armis hungari defensit sunt contra
impetus irruptionesque Turcarum.

QUARTO ET. XX. Ostendi-
tur Ioanniem Coruiniū fuisse
constitutum summū hungarorum
rum administratorem: qui magista-
tus hungarorum lingua dicitur
Vaiuoda. Et memorantur n̄s: quas
ferunt prudenterque gessit: dum
eiusdem gereret magistratum.

QVINTO ET. XX. Devla
dislao rege Alberti filio. Fitque
mentio quem ipse Ioanni Coruino
impedit.

SEKTO ET. XX. Explica-
tur memorabilis illa uictoria: q̄
de tutis assecutus est apud Nádorâl
bam: que & Belgradum. Fit et mentio
Ioannis Capistranū: umi religiosissi-

SEPTIMO ET. XX. Narratiū:
quemadmodum oppugnato a
tutis Belgrado: uirtute Ioannis
Coruini obsecsi ualidissime resolute

Lacuna superbia

nix laudem pertinentia.

QUARTO ET XXX: Traditur: Mathiam recuperasse rebellatim Moldauiam. Viasse & stepham prudenter. Geisse preterea regem ipsum feliciter bellum aduersus Bohemos et ad extitum cum dem fuisse electum. Bohemie regem a Bohemis Catholicis.

QVINTO ET XXX: Ostenditur Mathiam uicisse Casimirum Poloniae regis filium tentantem sibi occupare regnum hungarie fuisse & ab eodem uictum regem poloniae. Tandem ipos reges pacem fuisse cōpositā.

SEXTO ET TRICESI: Demonstratur: Mathiam expugnasse turcarum castellum omni iterum gente munitissimum Sabac et nomine. Geisse & cum bellum aduersus frēdericum Augustum: quo euasit uic-

tor: redactis in suam potestatim Au-
striam. Stiriamq; atque Carinthiā.

SEPTIUS ET TRICESI^o. Fuit men-
tio eximiorum operum: qua
incompluribus regni sui locis. et e-
rexit magnifice & exornauit spicu-
dissime.

ANNO ET XXX: Oferunt
eiusmodi Stiria. Calimini
Lobontis usque tifinum transirent
et ad eum venientibus annis p. 100
supradictam viciniam locum latorint. Tunc
quod ille usque peractum fuisse cōficit.
ET TRIE. Dicunt
militiam: Venerantur ex quo nunc
viciniam cibellum omni ieiunio
conveniunt. et quod illum. Sed sicut hunc
cibellum ac curia p. 100
aduenientem videntur: duo cibelli me-

Ex Museo
Hungarico



ANNO
SALVTIS HUMANÆ
OCTO GESIMO OCTAVO
SVPRA MILLESIMVM ET
QUADRINGENTESIMVM MISSVS
EGO SVM AD IVO FERDINANDO
MAGNI SICILIAE REGE AD DIVVM
MATIAM REGEM ATQVE AD
BEATRICEM REGINAM HVNGARIAE
LEGATVS QVIBVS VERO DE CAV-
SIS FVERIM EO MISSVS: ALIQUA
EX PARTE EXPLICATVR ORATI-
ONE: QVĀ AD EOSDE PRÍCIPES
HABVI CVIUS HOC ē
EXEMPLAR.



VENI AD TVAM PRAE
STANTISSIMAM MA
ESTATEM MATHIA
HUNGARORVM POTETIS
SIMER REX ATQVE AD TE
BEATIX OMNI VIRTUTVM
GENERE ORNATISSIA REGINA



M issus inquam sum / ipsius verbis
multa uobiscum communicaturus.
Cæterum cum ex mandatis quæ
sum expositurus aliquot huiusce-
modi sint: que locum postulant secrete-
tatem: ea tunc explicanda reseruo:
quoniam locum ipsum tempusq; idone-
um mihi pro uesta prudentia con-
stitueris. Nunc quoniam ornati-
simus hic locus ad quem video p
multos regni huiss amplissimi op-
timates aliosque uiros magna auc-
toritate prestantes conuenisse meri-
to uidetur exigere: ut apud uirias
Maiestates a me saltem breuis habe-
atur oratio: fortasse rem pergratam
uobis fecero: si ea quæ palam com-
memorari possunt: a legationis mee
munere nequaquam abhorrent:
in medium attulero. **V**eni igitur
christianissime rex / primum: ut te

Ex Museo
Hungarico



ac reginam uxorem tuam Ferdinan-
di itq[ue] Alfonsique liberorum eius
natu maximi Calabryæ ducas nomi-
ne salutartu[m] acuiserem. Deinde
utriq[ue] uestrum congratularer pro
re quidem honestissima; de qua nō
multo post uerba faciam. Tercio:
ut tuam celsitudinem optime rex
prosequitur honor: et i[n] non tali:
quali protuarum et uirtutum excel-
lentia et gestarum rerum magni-
tudine dignus es: talis saltem qua-
li te prosequi mei ingenij mediocri-
tis poterit. **V**t autem quod primo
leco me dicturum proposui exequar:
facile profecto tibi persuadere potes
rex prudentissime. me non sine
prudentissimo consilio uiscendi
tui gratia a Neapolitan[um] regno nō
solum in hungariam uerum etiā
in Austriam usque uenisse. Nemo

uit prudens inficiari nunquam pos-
set: te a Ferdinando humanissimo
benignissimoque rege non admodum
diligi: amari: diligi: colri: obstruari:
uenerari. Neque enim uel cognari
uel dici uelficeri potest: ut bonus
rex regem bonum: ut uit fortis ac
prudens: fortem prudentemq; uire:
ut amicus amicum: ut christianus
princeps principem christianum:
ut sacer generum: ut pater filium:
ut homo cui insunt multæ uarietati:
hominem multis ac uarijs uirtu-
tum generibus eminentem non om-
ni complectatur benevolentia. Af-
firmare preterea nullus nisi men-
tis inops posset: quin pater filiam
eandemque reginam reginam in-
quæ regni huius amplissimi et e-
andem tot Aragonum hispano-
rumque regum ac reginarum ex-

ortam genere: candem præterea frē-
nunciam et etate floruitam & forma
insignem: candem denique mater-
nam pudicissimam: aliarumq; vir-
tutum omnium quibus decet de-
coritas esse reginas excellentiapre-
stantem: non ingenti prosequatur
charitatem: His itaque aliisque mul-
tis: quas nimis longum esset affer-
re rationibus et causis. Ferdinandus
rex adductus supra quam est cui
quam dedibile cupit uidere & te
rex inclyte & tuam istam thori
confortem amantissimam. Et si
facile fieri potuisset: ne dubitata:
fuerit plane uel mari: uel terrestri
itinere ad te profectus: quo te tue
que coniugis dulcissimo conspec-
tu frueretur. At non tam locorum
magna distantia: quam maluolo-
rati huminum maxima prauitas

eis fuit impedimento: quo minus ad
uos uisendos saltem usque Semina
quæ ciuitas tuo paret imperio ad
nauigasset. Satis enim ei esse in
structarum tremium ceterorumq;
generum nauigiorum nemo est:
qui nesciat. Non igitur uel diffi
cultas itinerum uel labores atq;
discrimina que potuissent occurre
re: sed italorum discordie turbare
que minę ac multiplices cetero
rum hostium insidia ipsum a
pleno charitatis proposito ad
uerterunt. Idem tibi uelim per
suadeas de Alfonso Calabryę
magnanimo duce. Venisset et
ipse profecto s̄aepque numero ad
uos uisendos uenire decrevit. Ce
terum difficultissimis bellis a mul
tis iam annis implicatus. Italia
excedere sine maximo paternu/

suique regni detimento minime
potuit. Inquit autem et qualib^e
quantisque uitæ periculis uersa-
tis sit n^obus proximis annis: nō
tautum omnis Italia sed omnis
etiam Europa magnaque pars
Asiae atque Aphyne satis super-
que compertu habuere. At uero
ipse magno animo uirtuteq; illa
qua mortalibus omnibus ante-
cellat insuperabilis uniuersis/ un-
de quaque occurrentibus hosti-
bus resistit. Nec obstat tantu:
sed multos etiam eorum ex pater-
no regno fugauit multos armis ui-
cit: complures qui rebellauerat pri-
stino scii parentus imperio parere
coegerunt: non nullos debita pena mul-
tauerunt. Sed his de rebus alias et qui
dem familiarius uolo tecum regina
inlyta que tanti uiri es soror me-

88
minisse. Nunc ad id: unde parum
excesseram redico. **A**d hoc tuum re-
gnum prudentissime rex calabria
ducis aduentum multa & quidē
amoris plene causa cohoriabantur.
Earum erant hæ p̄cipiūr. con-
tracta ab ipso regum iam pridem
affinitas: tua inulte & magna ad
celum effrente virtute: regum pre-
terea a te gestarum celeberrima fa-
ma: que per omnem terrarum or-
bem longe lateque uagatur: qua-
etiam apud christianas omnes na-
tiones singulari laude celebrari.
Adducebatur insuper ut regnum
hoc tuum patet ob incredibilem
in suam sororem amorem. Non e-
num fuerunt ipse & regina ex pa-
tie tantum sed ex utriusque parente:
hoc est: ex Ferdinando rege & Isa-
bella regina nati: ac apud eosdem

regali luxu regioque sumptu educati:
qui una a primis annis in eadem re-
gia creuerit: atque una multos uitæ
annos transsegere. Quorū igitur Al-
fonsus frater eius cum sit uir huma-
nissimus: suorumque mortalium om-
nium amantissimus: non debuit iu-
re optimo moueri flagrantissimo suæ
sororis desiderio! Verutamen quod
corporum præsentia neque Ferdinā-
dus rex neque Alfonsus Calabryæ
dux facere potuerunt: uoluerunt pa-
me fieri: ideoque me hic usque mi-
serunt: qui utriusque uestrum ma-
iestatem ipsorum et nomine uiscerem:
et uerbis salutarem. Quam obrem:
benigno uos pro humanitate uestra
animo placida mente iucunda frō-
te sciendo multu meam hanc uisita-
tionem salutationemque suscipite.
Persuadeatis autem uobis: ipsum Fer-

Dinandum liberosque eius omnes ac ne
potes et neptes eo esse auctoritate amico in
utriusque uestrum maiestatem: tu no
solum uos ament incredibilius: sed et
se ipsos etiam regnumq; et fortunas
eorum uobis officiant: atque ita ut
eis pro uestro arbitrio ut uelitis re
bus utamini. Deinde orant: quia q;
eis hoc non est ambiguum: ut uos q;
que sincere ipsos amentis: sitque in
ter uos mutua et sancta atque i spi
ritu sancto firmiter fundata dilectio.
Id si omni studio feceritis: manebit
in uobis gratia dei et domini nri
Iesu christi: qua decorari solent me
tes animique illorum: qui sunt no
simula sed sincera coniuncti benigno
lentia. Satis iam de uisitatione ac salu
tatione. Transco hinc ad ea: que di
cere secundo loco decitueram.

NE Q VE PAVCIS/ neque
 facile explicare possem sapientis
 sine rex: quanto gaudio/ quantaq;
 lenita sit affectus Ferdinandus rex/
 cuiusque liberi nepotesque omnes/ Io-
 anni pietatis eius uxor/ atque Hip-
 polita dux/ seu ut uoxat vulgo/ ducissa Calabryce ob affinitatem/ q;
 cum Ioanne Galeazzo Illustrissimo
 Mediolanensium duce nuper contra
 xish: Matrimonium namque quo
 Blanca eius soror/ Ioanni filio tuo
 sociata est/ causa erit/ ut inter pie-
 clarissimos hungarorum Arago-
 numque/ ac Mediolanensium prin-
 cipes/ et qui estis hodie superstites et
 natos natorum/ et qui nascentur a
 uobis/ sit et agendarum omnium ge-
 rendarumq; rerum summa coisen-
 sio: et mentium atque animorum
 neque interrumpe: neque unquam.

dissoluēda coniunctio. Ne cum pro-
fecto charitatis vinculum ex eo cō-
nubio tribus iis quarum nesciam
familijs celestia numina addidicēt.
Si diuino huic consilio audiuen-
tis: consenseritis: acquieteritis: ne
mo uos ab ea honestissima coniunc-
tione separabit. Nullæ mortalium
uires potentiae uestræ poterant un-
quam obſistere. Tres hos potentiā-
tis uinculo quod dixi ita concordē-
nullorum principum arma ueſtitr-
ebunt: uel infringent: uel dissol-
uent: uel dissipabunt. Nos inten-
obmixe hoc agite: hoc enim diligē-
ter uigilantiique curate: hoc omni-
omniumque industria atque soler-
tia efficite: ut tam honeste cocepta cō-
iunctio perseveret diutius. Ne facile
præbeat aures illis: qui solent inter-
fratres seminare diſcordias. Eſt enim

id septimum inter ea: quæ facta sc̄p-
tura affirmat: deum maxime dete-
stan. Et ut beati apostoli pauli uer-
bis utar: nolite locum dare diabolo.
Dignaque laude est illa divine q̄
que scripture sententia: quam ego
rei de qua uerba nunc facio/ acco-
modare possum apud simile. Funicu-
lus triplex difficile rumpitur. Tri-
plex funiculus uos estis: de quibus
in presentia loquor: qui nunquam
plane rumpemini: si quod uestra
decebit prudenter: eritis ne simu-
late/ sed uere & sincere concordes.
Hoc uos ante omnia decebit: ut ne
quid mente teneatis: quod distet a
labijs. Sit uobis idem uelle: idēq;
nolle. Si aliter feceris: heu ma-
gnanimi principes: mihi credite:
suas partes interponet pessimus Sa-
thanás: qui nauabit operam: ut

corruiatis: dissipemini: infringamini:
dilabamini. Recet ignit dixit Masa
nissa Numidarum rex apud Crispin
Salustium historicum eloquentissi-
mum: Concordia parue res crescunt:
discordia maxime dilabuntur. Il-
ludque & quidem non in epice uen-
it in mentem: quod et brevius et
multo sapientius aut humani gene-
ris saluator in Euangelio secundum
lucam. Omne regnum in seipsum
divisum desolabitur. Et ut tandem
ad id ueniam: cuius gratia fuerunt
hec altius a me reputata: tibi fortuna
tissime princeps obcam affinitatem
cuius paulo ante memini optimi
regis mei suique amantissimi filii
Alfensi primogeniti nomine gra-
tular. Felix protector es: qui Ioan-
nem filium tuum præstantissimè
Italorum omnium familiæ sociasti.

Faciat te deus atum pulchra et fortuna
prole felicem. Gratulor et ipsi Ioāni:
cui Blanca nobilissima pulcherima
pudicissima puella nuptui tradi-
ta est. Signant oīo liberi: quitali
bus sunt ornati virtutibus: quali
bus prediti et sunt et fuerunt glo-
riosissimi principes: quorum ge-
nere ipsi exorti sunt. Gratulor et
Blanca spōst: quanquā ē absens:
que matrimonio est destinata filio
Mathie hungarorum regis ut po-
tentissimi: ita et invictissimi. Spe
io equidem ipsum talem fore: q
a parentis virtutibus nequaquā
sit degeneratus. Gratulor et ti-
bi o Beatrix regina sapientissima:
cui singulari quedam immortalis
decidono data est ex eo conubio
tam nobilis filia. Gaudet qui
dam atque letabitur Blanca ho-

nestissimo contubernio tuo sub tua
laudatissima disciplina uitam a-
get a deo obedienter: ut semper mo-
rem tue sit gestura noluntati. Tu
uero admodum delectaberis dulci
consuetudine sua. Ipsa preterea
te per inde ac matrem que eam ge-
nuerit semper et coler: et obserua-
bit. E diuerso tu eam diliges et a-
mabis non minus: quam si ipsa
ex tuo utero addidisses. Et enim
mitissimo ut prohibent ingatio:
eisque ornata moribus ac decora-
ta uirtutibus: ut non in crido tuo
sit amore & quidam uehementis-
simo digna. Itaque ipsa te: tu ip-
sam semper habebis in delitiis.
Faustum sit eiusce matrimonium.
Fœlix sit ei affinitas. Fortunata
sit ea coniunctio cum corpori tum
principie animo. Id certo Fædi

natus rex: id liberi: id nepotes: id
 alii omnes qui sunt ei cognatione/
 affinitateque ac familiaritate con-
 iuncti mire & incredibiliter exop-
 tant. Pius preterea assiduisque pre-
 cibus dei supplicant benignitati:
 ut ipsi sponsus et sponsa eorumq;
 postri bene semper in hac uita
 beataeque uiuant. Eaque cum leta
 senecta peracta: aeternaque erit in
 alitia uita beatitudinem conseqr-
 tur. Explicatis iam iis: que ad sa-
 lutationem et gratulationem per-
 tinere sunt iusa: hinc ad postremū
 cœptæ mihi orationis locum me co-
 fido.

PAR STERTIA

Huic parti felicissime prin-
 ceps satis ego faciem: si tue emi-
 nentissime Majestati honorem ac
 reuerentiam capite ac poplite fle-

22
x o tantū modo exhiberem. Idq; non
solum hodiernō die atque hoc in lāo
facerem: uerum etiam semper et ubi
que quotiens tuam istam uidebit
Majestatem: tuumque nōmē celebra
riaudirem: cum sit celebratiu hono
ratiuque ac ueneratiu dignissimum.
Nec id solum efficiem iussus a rege: a
quo sum ad tuam celsitudinem mis
sus: sed iussione quoque regis regni
et dñi dominantiū: per quicm. testē:
diuina scriptura reges regnant. Vo
ce nanque beati Petri apostoli ipse lo
cūtus Regem inquit honorificeat.
Eiusce rei causam reddidit beatus a
postolus Paulus: propterea quod oīs
potestas a deo est: Ipse nanque in ter
ris constituit reges: condit regna: di
stribuit imperia. Redeo iam ad id:
quod dicere coepiā. Si inquam mo
do quem explicui te honorē tantū

prosequerer: mihi nequaquam plane
facerem satis. Satisfaciam igitur fla-
grantissimo desiderio meo: si aliquot
præstantium virtutum tuarum laude-
uel breviter attiger. Breibus inquā:
quoniam si cuncta mei corporis mē-
bra uerterentur in linguis: omnesq;
mei artus humana uoce sonaret: ni-
hil dignum tuis virtutibus dicrem:
sicutque: ut multo facilius huius ora-
tionis principium / quam finis inue-
niretur. Tu igitur pro humanitate
præcipuatua / non dedignaberis: si
pauca de tuis amplissimis laudibus
attingam. Quin supplex oro ut uer-
sari me in breui commemoratione qua-
rudam excellentium virtutū: quibus
te mortales penē omnes concelebrat/
partiaris. agnis te p^{ro} fum extol-
lere laudibus: primum quidem ex-
clarissimo atque antiquissimo ge-

ne: quando quidem maiores quibus
exortis es a veteribus romanis origi-
nem sine alla dubitatione traxerunt.
At uero non ab illis orti sunt: qui ex
humili abiectaque ordine in civitate
romana fuerit: sed ex patridis arti: pri-
matijs: id est ex ordinibus senatoriū ui-
ris: quorum summa fuit apud suos co-
ciues auctoritas: magna que in urbe
potentia et uirtus haud mediocriter
commendanda. Romanus itaque
es generis. Romanus es origine. Ro-
manum te ac latinum hominem nos
itali assertimus: affirmamus: praedi-
camus. Nec id quod nos assertimus/
tui hungari inficiantur. Ea igitur ca-
est: quor multi latini generis homi-
nes in hungariam ueniunt: quo ui-
delicet te uisant: et ueluti quoddam
nouum e celo terris datum numen
uenerentur. Vno quippe consensi /

tali omnes qui nouerunt genus unde
tu exortus es altruiunt se intueri in p̄e
stanssima ista Maestate tua ueluti
trougnam ac romulidam aliquem ex
illis ueteribus qui per hec tempora pā
nomis imperias quibus olim Roma
ni multis seculis impetraverit. A corui
notum enim familia ut preclaris pro
genitorum tuorum constat monume
tis desluxishi. Quam rem cum alia m̄l
ta qua missa nunc facio demonstrat̄:
tum uero hoc potissimum ostenditur
argumento: quod corui imagine fa
milia tue insignia condecoratur: qua
lia perhibent uenitum fuisse coruino
rum. Quod fieri non permisissent a
taui tui: nisi fuissent consciū uetus &
clarissimeque successionis maiorum:
ex quibus tam inclytam posteritatem
nouerant emanasse. Testimonio quo
que esse potest Coruina: que est da

78
nubii insula: quam cognati tui ditione
perdiu tenuere. Quis obsecro dubitat:
eam insulam a tuis Coruinis clarum
acepisse cognomen: ex quo tempo-
re magnus Flavius Constantinus
instaurata urbe Eyzantio: Consta-
tinopolitanū confluxit imperium.
Duxit tunc secum per multos Ro-
manos nobilitate viros: quorum
unicuique postea suam dedit pro-
uinciam: ut quisque illam regeret:
atque in Romani imperii fide re-
tinet. In prouincia autem quae for-
te tunc Coruinis obuenit fuit in-
sula: cuius est habita mentio: cuiq;
ex se illi cognomen indidere. Ab ea
tuis paternus proauus discessit: q̄
quam insula sua etat. Tradidit au-
tem imperium cognatis suis. fecit
id uir prudentissimus: quod a iad-
ueit: fore: ut paucis post diebus ea

insula in turcarum potestate in redi-
geretur: habitationis sue locum dele-
git regionem: quam uocant Transil-
uaniam: ubi maluit priuatus uiue-
re: quam insule princeps uidet pa-
triam patrem hostibus christiane re-
ligionis. **E**s deinde non mediocri
laude effundens quod tibi fuerunt
parvites magnis ornari uirtutib.
primum autem de Elisabetta matre
tua per pauca quidem: sed quæ fue-
rint mentione digna memorabo.

Quis unquam digne laudare ea pos-
set: cum quicunque ipsam mouerunt
non dubitent affirmare: nullam se
notuisse nostro seculo foemina ip-
sa pudicitorem constantiorem pru-
denterem: denique christiana pi-
etate insigniorem. Sed ut cateras
eius uirtutes pptermittam: eo pru-
denteria eius praecipua ostensa est:

quod ipsius ope & opera consilioque
ac mira et uito potius quam fortia
digna diligentia ad regnum preue-
nisti. Quiaquam nulli mortalium est
ambiguum: quin futura tua uirtus
diuine maiestati cognita ante fuerit:
qua effectum est: ut constituto a
sua prouidentia tempore: comme-
rueris ad regii fastigii culmen exal-
tari. Quod autem benignitatem dei
de te placuerat: ante quam mater
suo te utero aderet: ipsa postea tac-
ta inspirataq; diuinatus executare.
Quare fit: ut affimari uere pos-
sit: te fuisse & calchi miraculo et
uirtute tua et tue matris pruden-
tia: ab aduersoribus manibus/ car-
cere quo afferuabar is creptum: ad
regie dignitatis fastigium cucutum.
Nonne obsecro ouiri clarissimi maxi-
mi facienda ac immortalibus ac celo

usque efferranda est laudibus fecimi-
na: quia sua prudentia tantum ualu-
it: ut causam præbuerit non plane
mediarem: quia eius filii fuerint co-
ronam regni huius nobilissimi conse-
cutus. Satis iam de matre dictū mi-
hi fuerit. Transto ad patris tuū lau-
des immortalitate certe id est futu-
rus omnibus seculis celebrandā di-
gnissimas. Sic hinc non solum est a
pud plerosque rerum seculi nři scrip-
tores Iohannis hūniatis quem oc-
cidentalium nationū uulgas solet
cognominare Iohannem Blancum/
celeberrimum nomen. Is cum alia
multa egregia rei bellicę a se ædita fa-
ciora: tum præcipue eosūmā sibi
gloriam uendicauit: quod magnam ui-
te sua partem in gerendis bellis pro-
tuenda te christiana consumpsit.
Aduersus Turcas cultorum christi

improbissimos hostes s̄epe dimicando
quotiens nostri homines fuerunt salu-
tis pro eius consilio usi: tociens illos uer-
tit in fugam: uel profligauit: uarijsq;
fudit cladibus. Nec facile aut paucis
memorare nunc possem: quot milia
ex ipsis nostri eo duce interfecerūt.
E tam in multis autem p̄iblijs: que inter
ipsum et Turcas cōmissa sunt: illud
nunc uenit in mentem: quod anno
christianæ saluus quadragesimo q̄r
to supra millesimū et quadrage-
tesimū inter hadianopolim et Da-
niubium cōmissum ē. Adolescenti
lus egotunc eram: quom in urbe Flo-
rentia et in Eugenii quarti Romā
pontificis curia Ioannis p̄is tui ma-
xiine celebrari nomen audiebam om-
niū inque ore laudes tunc eius effe-
reabantur in celum: propriea quod ip-
so duce christianus exercitus supra

quadraginta milia Turcarum inter-
emisset. Tria uero et uiginti milia
cum ingenti et quidem omnis gene-
ris p[re]da cepisset. Occurrit et illud
magnum et atrox cruentumq[ue] cer-
tamēn commissum apud Belgradū:
quod oppidum tuę est ditionis Tau-
rinum a ueteribus geographis appel-
latum. Venerat cum ferocietabili h[ab]et
est cum ducentorum milium arma-
torum exercitu magnus ille Turca-
rum tyrtannus: cui Mahāmetto erat
nomen qui terrori tunc erat uniuersis
nationibus christianis. Venerat
inquit ad hungarię fines ut expu-
gnato Belgrado: totum hoc quod tu
possides clarissimum regnum sic di-
tioni subigeret. At uero strenuissimi
prudentissimi christianissimi tui Io-
annis auspicijs nostrorum haud nu-
merosus exeritus in genit[us] illius

multitudinis partem cum illorum duce
solita Belgradi obsidione fugauit;
partem cepit; partem occidit. Et pri-
ter in extimabilis precij peditam quā
tui Ioannis milites domum adduxe-
re: amiserunt illi tormenta omnia
uarię magnitudinis: bombardas e-
as uulgo nominamus: aliasque bel-
licas machinas quibus et castellum
quod dixi se expugnare: et ceterū
hungaric regnum occupare sibi pos-
se sperauerant. Cetera parentis tui
mira et gloriofissima facta nunc pre-
termitto: tum propterea quod nimia
esset huic orationis prolixitas: tu
uero quia alio in loco ea ad memoriam
posteritatis iam pridem literarū mā-
daui monumentis. Parum ne tibi
id uidetur ad tuam laudem immorta-
lemque gloriam pertinere: parentē
te habuisse qui fuerit omnium suo-

rum temporum ducum fortissimus/
christianissimus atque omniū mor-
talium ore obres prudentissime fū-
elicissimeque gestas celebratissimas.
Sed he fuerunt parentis tui uiri deo
acceptissimi uitutes ac gestarum
a se rerum laudes amplissime: ī qui-
bus tu fortunatus filius fortunatū
parentem imitatus es. Explicabo de
hinc quædam: quæ fuisse tibi propria
satis constabit: quibus uidelicet: p-
rius tibi laudes in gentemq; glori-
am apud mortales comparasti.
Proprias cquidem dixi: quoniam il-
le quas supra commemorauī et si ad
tuam laudem aliqua ex parte priu-
ere: non fuisse ipsas omnino tuas
affirmauero. Nanque præclaros ha-
buisse progenitores: constat honorū
improborumque hominū esse posse
commune. Tuum uero esse affirmo

quid innata excellenti atque uersabili
ingenii tui dexteritate adipisci tibi
in hac uita studiasti. Adeptus quippe
tibi es sapientiam: qua uirtute diuina
rum rerum calles notitiam: causasq;
aliarum rerum altissimas atque su-
premas persa pe ~~contemplari~~ perfaci-
le potes. Adeptus tibi es et scientiam:
qua pro tui ingenii excellencia potes
multa tum de celorum ac sydeium
tum de aliарum rerum naturis prop-
te differit. Adeptus es prudentia: cui
tribus illis partibus quas ei philoso-
phi tribuunt in cunctis tuis negotiis
uteris diligentissime. Id autem coper-
tum satis habent: qui uim tui nouerint
ingenij: quando quidem et præteri-
tarum rerum nulla te capit obliuio:&
cas quæ instant etiam minutissimas
acute exacieque consideras: et cas que-
fi: nure sunt solerter atque industrie

prospicias. Nihil dico de arte: quā Ari-
stoteles et philosophi illius sectantes
disciplinam docent ē rationem eorū:
que manu fiunt. Q uis nescit: eiusce-
mē virtutem fuisse te a deo eminenter ad
eptum: ut nihil fieri manu possit: cu-
ius studio in gentium præsertim ac
splendide exstruendorum adficio-
rum: et quae sunt magni regis ma-
gnificentia digna non maxime de
letteris. O pera ipsa ate magnifice-
tissime partim refecta partim repa-
rata cum essent uetus state uel diru-
ta uel colapsa: partim ab imis erecta
fundamentis: quod dico manifeste
testantur. Nihil uel simulate uel per
assentationem loquor. Affirmant
qui uiderunt: erexit te quibusdā
in locis inexpugnabiles artes: alibi
regias: quibus uix habentur toto
terrarum orbe similes: alibi hortos:

quorum consitarum arborum est ordo
puicherimus: alibi deo dicatis ades, oī
quo decet ornatu splendidissimas. Nō
facile numerari possunt preciosæ mul-
tiplicis generis uariisque coloris uestes/
uasaque & argentea et aurea: quæ di-
uinarum rerum usui dedicasti. An-
dini pietate superioribus diebus dum
Viennam uersus, iter ad te facerem:
constitui nunc a te Bibliothecam in ge-
tem et omni ex parte eximie mirifi-
ceque ornataim: in quam aiunt multa
milia codicium non uilis neque con-
tempnendi precij: id est: qui sint per
pulchris exarati litteris intusque & ex-
tra te & uelle & iam cepisse congerite.
Nihil dico de domus tuę preciosissima
superlectile: quę tanta talisque est: ut
cunctos qui eam uident atque con-
siderant menteque pensitant non i
mediocrem adducant et stuporem.

et admirationem. Accersisti pieterea
e multis Europæ locis ex Italia præcu-
pue multarum earum opifices: id
est fabros tum lignarios et cimenta-
rios tum argentarios sculptores
pieterea atque pictores: a quibus
manu tibi transcriptoresque librorum
fuerint multorum generum opera:
que ubi et voluptatibus dum viuis et
ubi uita excessensis essent maxime
tua magnificentie monumenta.

His quas dixi uirtutibus quas peripat-
tic philosophi uocant intelectivas uiri
sapientes qui quanti sis recte pensita
uere perludent: te cunctos quicunque or-
be sunt principes absque illa contio-
uersia superare. De uirtutibus iam que
dicuntur morales uerba faciamus. Tua
iustitia: cuius uirtutis splendor est ma-
ximus: et ex qua boni uiri nominan-
tur: teste oratorum principe Cicerone

Tanta uirtutis splendor adeo inten-
tit: ut non dubitent omnes qui te re-
git uitam in hungaria egerunt: ipsi
us cultorem te esse principium: quia
do quidem ius suum nunquam ali-
cui mortalium denegasti. Tua est for-
tudo: cuius uirtutis uires ardissimæ
sæpe numero et aggressus es: et fidelis
sime consecisti. Nam quæ unquā ges-
fisti bella aduersus quoscunq; hostes:
de quibus non sis gloriosem adeptus
victoriam: Ceterum his de rebus pau-
lo post pauca quidem sed quæ erunt
mentione admirationeque digna co-
memorabo. Tua est magnanimitas: ma-
nus tuæ modestia temperantia huma-
nitas urbanitas ueracitas. Quarum
uirtutumque nam sicut munera: n. Ethicis
quidem ab Aristotle crudite ac lo-
cuplentissime traditur: sed ipsorum nu-
merum habere te usum: qui te nouerunt

uniuersi pradican. At uero quanuis
morales eiusce uirtutes a more dicin-
tur: ideoque posse ipsas assequi plen-
que mortalium congruat: in rege tamē
qui bene sapienterq; uitam instituit
qualem te esse constat ex splendore
solent multo et excellentius/ et admi-
rabilius. Nec putes me pretermisse li-
beralitatemque uirtus maxime tua ē.
Ob eius enim merita/ et plurima miri-
ficorum operum exempla/ tuum no-
men a mortalibus ubique non medi-
ocriter extollitur: celeberrimeque com-
mendantur. Quippe si qui principes
tempestate nostra ob liberalitatis opera
claram sibi uendicauerint famam: tu
cunctis semper anteponeris: cum non
modo nomine: uerum etiam re ipsa: om-
nium illorum unus munificentissimus
ac beneficentissimus/ et sis: et habean.
Tuæ inquam sunt omnes quaruin

memini intellectus mortisque uirtutes:
cum eas tu fœlici quodam nature dono
usu tibi comparauens. Tuæ inquam
sunt: sed Beatricem reginam que ad
est ut thori consortem ita et compliri
um quas attigi uirtutum sociam orna
tissimam habes. Ut enim tu eis que
sunt rege dignæ uirtutum laudibus
cumulatus es: ita et ipsa illis omnibus
redimita/decorata que, & insignis est:
quas decet habere reginas eminenti-
simas. Eas ipsa mira sui ingenii ma-
gnitudine/optimisque suæ uitæ usâ
magistris: quos prudentissimi pa-
tes ei ab incunie ætate adhibuerunt:
acquisiuit. Ipsa igitur uirtutibus cù
corporis tum animi que sunt digne
reginis: tu eis que digne sunt regibus
decoratis. Quam obrem: ita uos ui-
detur natura sociasse: ut multarum
tio posita sunt enumerare difficile
est. Quorum tamen est fama cele-
brior quantum ad meam potuit per
uenire notitiam prout accepi a lo-
corum perius: hec sūt. Sub Ulma:
de qua urbe est iam facta mentio ad
xii. ferme p. milia est oppidum no-
mine Leipham. Vt or enim et uoca-
bulis et literatura: quibus utūtur
accolē eorum germana lingua. Sub
eo ad. x. M. p. Gundelfing. Sub quo
ad duo. M. p. Lauingenhe. Indcad.
v. M. p. abest Tilinghen. Postea in
tervallo. v. M. Hechsteten: cuius no-
minis significatio est alta Ciuitas.
Sub ea ad. M. p. x. Schuebeschuuerd:
que interpretatur Schueua peninsu-
la. Ea omnia loca ab ipso Danubii fo-
te: huc usque pertinent ad regionē:

quam antiquitas appellavit Vindeliciam: que cum sit Rhetie contermina: sit: ut unaque in unam coeant p[ro]omiam: quam hodie appellant Sueviam. Vindeliciam perhibent Germani dic tam a duobus fluvius in Danubium labentibus: quorum alter licet note tur Licus: vulgo tamen apud eam nationem Lech pronuntiatur. Alter amnis dicitur vulgo et Vertach et Vinda: quod vocabulum gentis lingua a vulgo Finda profertur. Ex utroque igitur nomine hoc est Vinda et Licus: deductum est vocabulū: quod est Vindelicia. In ea regione cum sit Augusta clarissima totius provincie metropolis: sit: ut ea Civitas Augusta Vindelica cognoscatur. Illius nobile nomen satis indicat: cā fuisse ab aliquo Romanorum imperatorē conditam. Quisnam autem

fuerit ille: ignorare plane me facio.
Quanquā plerisque germanorum
nimium vetera repeentes in Octa-
vium Augustum illius referant
conditionem. **I**ncepit inde regio
Noricum a veteribus: nostris ue-
ro temporibus cognominata Ba-
uaria. Cæterum non nulli germa-
ni ferunt locorum aucti: Noricam
provinciā in duas diuidi portiōes:
in superiorem et inferiorem. Et i
lla quidem esse Bauariam: i hac
vero Austriam. Primum igitur ad
ipsum superius Noricum penesq;
Danubium positum oppidū nun-
cupatur Nouiburch: quod abest ab
ea cuius est mentio facta penin-
sula. M. p. xxv. Postea xx. m. p. inter-
nallo est inghelsatia: studijs libera-
lium disciplinarum inclita Cui-
tas. Autriapolis antiquitus ditta.

Inde hand procul abest paruula penin-
sula nomine Fogburgh: ubi est arx mu-
nitissima: ex quo loco ortum habne-
re Bauaroru[m] marchiones. Modico ab
eo inter ualIo distat opidum: quod od-
uocitant Kelham. Sub quo Regis-
burgh: que Ciuitas uulgarissimo no-
mine dicitur Ratispona. episcopatu[m]
Alberti magni olim clarissima prop-
ter uiri doctrinam/ uiteque sanctita-
tem/ et apud philosophos auctorita-
tem illustrem. Distat autem ab In-
ghelstauiia: cuius modo meminimus.
M. p. ferme. xl. Ratispone[m] multa esse
indita nomina indigene affirmant.
Quadratam quippe ab eorum maio-
ribus/ eo dictam ipsam dicunt: uel
quod eius murus quadrato sit struc-
tus saxo: uel quod in quadrati forma
fuerit a conditore ædificata. Tyberi-
nam a Tyberio ex quo tempore ges-

sit aduersus Rhetios et Vindelicos bel-
lum. Hiata spolim ab hiato: q̄ dux
ei cunctan olim imperauit. Regeno-
polim a flumine Regen appellato:
quod modico ab ea urbe inter nallo la-
bitur in Danubium. Preterea Imbri-
polim ab eodem flumine: cui Imbri q̄
que est nomen. Nomen autem eiusdē
Civitatis uulgatissimū non nulli in-
digenarum scribunt per p. literam:
alij per b. scribendum malunt. Du-
plicem igitur ēē uolunt eius nomis
interpretationē. Nanque Ratisponā
dictam uolunt propter lapideum et
eximie magnitudinis pontem supra
Danubiū qui urbem ipsam ūterfluit.
mīo strūctum artificio. Dici uaque
perhibent Ratisponā: quod eo in loco
per pontem non minus quam per ra-
tem tutus ac facilis sit euntium at-
que uenientium transitus. Qui uero

dicendi malunt Ratisbonam: hi uocabulum ipsum ratem bonam interpretantur. Idque propterea quod non medioris concursus ratum ac narium est ad eam urbem mercionij gratia. Ea uero hominum frequentiam maximam iam olim fuisse Ratisponenses ferunt: cum esset hic locus nobile totius regionis imperium. Sub ea uite ad M. p. v. arx est rebus omnibus munitissima Stauf nomine. Ad. M. de hinc passuum. xxv. Staubingh. Sub ea ad. xx. p. Tekendorf. Inde ad totidem milia. Filzhouem. Inde ad tot altera milia: passau: que latine uerbo dicitur patauia ab italo patauios ut peribent accolē cognominata. Posterioraque Anthenoris fruntur ipsam condidisse: ut plerique germanorum astrinxint. Est totius Austriae metropolis clarissima. Veruissimam eam esse

asserunt indigenę. Tres in ipsam in-
ficiunt amnes: Enpus: Ilz: Danubij:
quibus ipsa in tris est divisa partes.
Sub ea ad totidem. M.p. interuallū
Zel: cuius oppidi agro terminatur Ba-
uaria. **P**rincipium deinde ē Norici
inferioris: quod a non nullis dicitur
Noricum ripense: ab alijs Austria su-
perior: aquibusdam terra supra Am-
sum fluuiū. Quanquā est et Anasum
archiepali: scde insignis ciuitas: qđ
Laureacum olim appellatum est. Hu-
ius regionis prius occutens oppidū
dicitur Linz: quod adest ab urbe Vi-
enna centum ferme. p. m. Intra qđ
interuallum sita sunt hęc oppida in
hunc ordinem. Grain. Ens: quod et
Anasum: de qua ciuitate modo men-
tio fatta est. Pechlern: idest preclarar-
incius fronte ex altera Danubij
ripa positum est Alt pechlern: cuius

vocabuli significantia est antiquum,
prædarum. Melch. Neuburgh. Spiz.
Turenstan. Stan. Crems: contra qd
ex altera fluuii parte situm est Mau-
ter. Sub Crems. Tulna. Postea Closter
idest claustral is Nauburgh: cū ibi
sit nobile canonorum regularium
monasteriū: ubi conditum est sancti
Leopoldi corpus. Ex loci huius cōspec-
tu trans eundem amnem situm est
Cornnauburgh: idest forensis nau-
burgh: ita nominatū: quod is locus
forum sit rerum uenialium. Inde ad
M.p. ferme v. eīt V: enna totius nō
modo superioris uerum etiam infra-
oris Austriae clarissimi nomis urbis:
quæ olim Flatianū nuncupata ē.
Satis iam sit hēc de ipsa nunc am-
gisse. Suo nanque loco de tanta ur-
be multa mentione digna memo-
da mīhi sunt. Principium ab ea fit

Austriæ inferioris: quæ ibi desinit:
unde superior incipit Pannonia.
Sub Vienna ad. M. p. octo Encisor.
A quo hand procul abest Fischenthal.
Sub quo ad. xii. M. p. Petronella: q
ob magnitudine appellata olim fuit
Troia minor ab indigenis. Appella
ta quoque fuit et Celenia et Celestia.
Hodie licet iaceat diruta nanq; fue
runt eius ædificia bello gesto a Ma
thia hungaroru rege aduersus Fede
ricum romanorum imperatorem
semper tamen erit illustris ortu sac
ti Maximiliani Pataviensis æstu
tis. Sub ea ad. M. p. viii. Hahen
burgh: quod designat castellum
hunorum. In hœ tantum laco rema
sit hunę gentis nomen: quod olim
fuerat terrori uniuersis orbis terre
nationibus. Eius autem castelli a
gro Austria dirimitur a Pannonia

Ilic enim desinunt norici montes: qui
bus Pannoniā ipsam ab occidente
terminari nos supra ostendimus. Licit
enim montes ad quorum radices sitū
est id oppidum non sīnt nimiaē ex-
celſitatis: priuilegiantur tñ initia oc-
cidentem et aquilonem: quo usque
se coniungat noricis alijs: qui sunt
illis excelsiores. **E**x pertinentibus
autem ad Pannoniā seu malueris
dicere Hungariam: Primum omni-
um occunit Posonium a ſinistra flu-
uij editoque pefitum oppidum: qđ
pulchritudine arteque loci natura
atque opere munitissima inſigne ad
modum est: et diſtat a Haenburgh
viii. M. p. Inde ad M. p. et x. Alterum
burgh: quod latine interpretatiū di-
ciunt Vetus castellum. Postea ad
M. xxx. a flum̄ dextra ſita ē ciui-
tas germanorum lingua appellata

Rab: sed vulgarissimo apud hungaros
nomine dicitur laurinum Iarnū dic-
tum a veteribus. Preest episcopali di-
gnitate eius ecclesiæ Thomas Erded
uit excellens ingenio et cum literar-
latinorum peritiam callens tum ī ce-
ters laude dignis disciplinis impri-
mis eruditus. Spectata eius fide Ma-
thias Corvinus hungarorum R^ex
animaduera: ipsum inter omnes am-
plissimi regni sui ecclesiastum amissus
elegit: qui apud se Secretarii veteretur
officio. Ab eolo abest Cumara veteru-
sum adhuc retinens nomen: quod
in Asiatica Scythia olim ei fuerat.
M.p. xxv. Sub eo xx. M.p. īter uallo
Labatlan. Sub quo ad. M.lxxv. Sini-
gonium Istripolis antiquitus ditta/
totius Hungariae preclara metropolis:
cui preest hodie Hippolytus extensis
eximie indolis adolescens Hertulis

estensis

Ferrarensium Ducis filius ac Ferdi-
 nandi Siciliæ citra pharum regis ex-
 Dianora filia nepos. Sub ea ciuitate
 ad M. px. situm est Vicegradū pul-
 cherrima et eratissima à Dño Ma-
 thia structa regia. Sub eo a leua dana-
 biij Batia episcopali sede illustris ci-
 uitatis. In dextra deinde eiusdē flu-
 uiij pagus sancti Andree in romane
 legionis situm uestigis ubi compla-
 ra Romanorū extant Epitaphia.
 Sub quo. M. xlviij. inter uallo occur-
 rit Buda regni Hungariae caput
 et sedes illustris. In eius autem con-
 traria ripa situm est oppidum: quod
 Pestum appellatur fama et ipsum
 propter Budę uicinitatem non igno-
 bile. **A** Buda alest Nanderalha q̄
 locus dicitur alio nomine Belgradū
 milia quibus utuntur Hungari qua-
 tuor et quadraginta: que sunt roma-

norum: quibus hoc opere utimur. M. ccxx.

Intra quod interuallum multa quidem
sunt loca culta: sed mentione digniora
hoc sita sunt ordine. Tolna: Saesart:
Bau: Bata: Bodorc: Apat: Erduit: Borc:
Sara: Axia: Drassat: Banmonostra. Qui
bus in locis: est ea regiuncula: quam no
citant Sirmiam: ita cognominata ab
oppido uetusissimo: quod Sirmium
apud veteres geographos dicitur. Ter
raferax est uini apud hungaros qua
laudatissimi. Occurrit deinde Huli
ac in quo oppido Ioannis Capistrani
uir dei corpus conditur: quod diuina
virtute multis fertur clarete miraculis.
Sub eo loco Xerut: Sub quo Beiem. Co
tra quod: hoc est: ab aduersa Danubij
ripa: situm est Futah. Ab altera parte
post Beiem: Chamans. Postea Pem Va
radina: Charom. Sallom. Chemum. Ze
lim. Hisque in locis inferior desinit Pa

05
nonia. Hic se Savus Danubio miscet .
Quibus fluminibus: superior Misia a
Pannonia ipsa dirimitur. Dicitur autē
uulgo ea Misia. Seruia: cuius primā oc-
currentem ex his locis partem appellant
hodie Rasciam. Huius uero primū con-
traque Pannoniam positum oppidū ē
Belgradum: quod licet sit ultra hunga-
rię terminos: tenetur tamen ditione re-
gum hungarorū. Est id oppidum na-
tura loci atque opere munitissimū: et
insigne ea clarissima uictoria: qua Io-
annes Coruinus profligauit Mahāmet
tum tuclarum imperatorem: uero illo
infugam illiusque numeroso fuso ex-
eritu: ut libro huius operis primo et q̄
dragesimo prodidimus: prodemusque
hoc uolumine: quom in eiusdem uicto-
riæ prolixam mentionē peruenierimus.
nde ad. M.p. frime xx. distar Sme-
dris hoc est Sancti Andree nobile rascia

norum oppidum: quod ut loci natura mu-
nitum est: ut sit expugnari difficile. Pa-
ret imperio tatarum: quod nostra memo-
ria eagens in suam redigunt potestatem. In
dead locum unde est Misie inferioris. ut
pote regionis Bulgarorum principium ē
oppidum Bdeognum nomine/ parum qui-
dem/ sed situm in loco uta suapte natura idē
ne: ut pene sit inexpugnabile: quod et ip-
sum diuine tenetur turcarū. A sinistra
deinde Danubij in regione Valacchorū/
est oppidum cum arte munissima: cui
Savatino est nomen: estque ditionis Ma-
thie regis hungariorū. Postea ad interiu-
lum supra centum. M.p.a Danubij dexte-
ra posita est urbs totius Bulgarie opule-
tissima Nicopolis nomine: ita grecō uer-
bo appellata a uictoria: quam adeptus o-
lim fuit romanorum imperator Heraclius:
deleto ingenti Cosdroe Persarum re-
gis exercitu: illiusque filio interfecit: ut

17

et ante dictum est: Ea autem ciuitas una
cum tota regione in qua est sita turcarū.
patet imperatori. Postremo ab eiusdem
annis leua sua est in finibus europeo-
rum Sarmatarum ciuitas: quam ap-
pellant Dileiam aqua in iugulo. M.
ferme quatuor Danubius in mare po-
ticum septem hostijs. Ut supra ostendimus
irruerit. Quę ciuitas turca-
rum quoque ditioni subiectur. Ita
descripta utraque Pannonia atque
Danubio: consequens est: ut iuxta or-
dinem qui nobis initio constitutus ē:
hungariorū regum seriem ab humis
corunque duce Atila principiū fa-
cientes adoriamur.



tamus. Romano illo olim amplissimo
imperio paulatim declinante: surre-
xerunt barbaræ quedam efferaentesque
nationes diuersis tamen temporibus:
que romanas provincias multis uariisq;
uastacionibus et cladibus effluxas sibi
occupauerit. Ex illis hec fuerunt: quæ
præceteris a rerum scriptoribus maxi-
me celebates sunt. **P**ersæ: Gothi: Vá-
dalu: Hunni: Quadi: Alani: Marco-
mani: Eruhi: Suevi: Turingi: Huga-
ri: Longobardi: Franci: Burgundi:
Saxones: Alemani: Saraceni: Tarta-
ri: Turci. Quo uero tempestate una
queque earum surrexerint: quibusque
elocis fuerit earum origo atque pro-
fectio: quis præterita qualesque fuisse
feratur singularum progressus ac finis
rerum gestarum: suis in locis superio-
ribus libris satis ostendimus. Ceter-
cas omnes nationes missas nunc faciun-

De hunnis tantum nobis habenda est
mentio: que gens ualentis romanis
principis aetate duce Attila subegit
sue ditioni Pannonias: ubi et sedes
sibi postea magna cum gloria rerumq;
gestatum felicitate locauit. Quanq;
aliquot eundem principem annis:
ut poste sub seniori Theodosio ea
natio magnos in quibusdam alijs
europae locis: motus excuerat. Sed non
erit abire: si hoc quoque loco ostendamus:
unde hunni profecti sunt in ipsas pan-
nonias: quāuis repetere nos oporteat
per pauca excus que supra a nobis sūt
explicata prolixius. **M** emotio no-
bis est: nos libro huius operis vii. quo
descripsimus que pertinuerunt ad
Scythiam regnumq; Scytharum me-
minisse satanicarū regionū atq;
locorum: que sunt i hiphelis montib;
proxima: et haud prout abillis hu-

mos solum habuisse natale Docum,
que eam gentem ita cognominata
non a patria: cum nulla sit ibi regio:
que nominatur hunnia: sed ab illo
rum duce: qui hunnus vocatus est.
Cumque ex eo loco fuerit eorum pro-
fectio: idcirco eodem libro prodidi-
mus: ipsos nationem fuisse sarmati-
cam. Nec tamen ea nostra traditio aduer-
satut ei: quod hungari quidam
affirmant perhibentes. Scythia ge-
nensis se maiores habuisse. Namque Sar-
marum nationes que duc sunt en-
tropa uidelicet et Asiatica ex Scytha-
rum genere defluxerunt. Affirma-
tes itaque nos hungaros exortos fu-
isse natione Sarmatica non proprie-
ta inficiamur ipsos habuisse a Scy-
thi originem. **S**cribens pietate ego
ea quae obtigerunt memoria digna
anno salutis humane ccc.lxxiii. pro-

didisse me memini: quēadmodum a-
bundante multitūdine Sarmatar̄
tenentium loca rhipheis propīqua
montibus: multa milia illorum de-
seruere patriam: seque coniunxere
exeritui Gothorū: qui et ipsi aliq̄t
ante annis suis sedibns exēsserant.
Orus deinde inter se capitalibus odijs:
alii ab alteris ab alienati inter se
contulerūt arma. Sed gothis tandem
uitis: qua uia data est: sarmatę lo-
cis illis exēssere: ducēque hūno: id
enim erat uiro uti paulo Antedixi
nomen: processerunt ulterius: ac
peruastatis subactisque medijs regi-
onibus: peruererunt tandem usq;
in pannorias: quas et subgerunt:
ut in eis sedes posuerūt. **P**rimos q̄
e genti persuasere: ut desererent
patriam: fuisse eodem libro ostendim⁹
hūnum prius: a quo genti nomen da-

tum est: Post quem Cottarem et Rhoā
fratres Mundezeturi filios. Quibus
mortuis: Anlam et Bledam fratres re-
gio exortos genere illorum fuisse du-
ces: quorum auspicijs: eam gentē cō-
tra alios europeos sarmatas bella for-
titer facilitataque gessisse. Diximus
præterea: eos multa per totam uere
europam postea gessisse bella aduer-
sus et romanos principes et popu-
los xp̄i cultores: quorum multas
provincias perdonuere. En periuē-
tum iam nobis est in mentionē Au-
læ: qui primus Sarmatiq; gentis
romanorū imperiū ac omnes quo-
quo erant ueni dei cultores sub-
mouit e pannonijs: primusque ī
eis regnum post illos optimū: regnū
præterea hūnorū ibidem constituit. Sa-
tis igitur fuerit nobis/ pacis de ipso
de que suis hūnis ea nunc repetuisse:

AT
que supra libro qui dictus est ostende-
ramus. Itaque priusmissis alijs: qua-
tibi praevidimus: texere hinc incipiem⁹
hūnorum hungarorumq; regum ac du-
cum catalogum: quo tandem peruenia-
mus ad diuinum Mathiam Corvinum
qui per hac tempora regnat in hun-
garia. Sed ante omnia: qui nam fue-
rint Atulæ mores: qualeque ingenii
doceamus.

INDEX QUINTVS:

IS ingenio fuit feroci: scilicetque
et audax supra quam explica-
re quisquam posset. Ad cōcla-
to animo: ut non modo se superiorem:
sed ne parem quidem sibi totū orbe
quempiam et esse & haberi patetuit.
Rei bellicæ omnium sui temporis du-
cum peritissimus. Multe astutus. patē-
darum in hostem insidiariū egregius

excogitator. Militarium quorū cinq̄ue
laborū patientissimus. In inveniēdis
instruendisque bellicis machinis / ac
multorū generum armorum ingenio
sifimus. Fuit exiguo corpore. Capi-
te grandiori: parvis glaucisque oculis:
fino naso: rara sed proluxa barba:
latu pettore: colore ad fuscum de-
clinante: uultu horrendo: ut pote q̄
innatam prae se feret immanitatē.
Avaricia insatiabilis. Quo nihilomi-
nis famā sibi apud mortales compa-
raret uiri beneficia uiros nobilitate in-
signes ad se ueluisendi studio uelle-
gationis gratia uenientes / egregie do-
natos domum persæpe reuisit. In
regerenda ut prudens et strenuus:
ita et in primis fortunatus. Maxime
præcepis in uenerem. Vino plus ni-
mio indulgebat. In hominū necem
supra modum propensus. Christiani

27

nominis hostis acerrimus. Ad quoru
memoriam ex orbe delendam: dicebat
se a deo missum fuisse: eamq; ob rem
flagellum dei se cognominari uolbat.
Fecit: capta uiginti milia hominu
sua ipsius peremisse manu. A suis at
copijs ad octingenta milia interficita
traduntur. Bleda fratrem dolo ce
cidit. Quam ob causam id scelus ad
misericordia tradidit. Perhunc no
nulli causam eo fuisse: quod magna
erat uirüsque fratrum motum dener
itas. Mutu erat ingenio Bleda. Atilla
feci. Pacem amabat Bleda. Bellum
Atilla. Humanus ille erat: hic truci
lentus et sanguinarius. Ille beneficus:
hic congerendarum opum cupidissi
mus. Abstinebat ille alieno: hic nec
domesticorum partebat opibus. Ble
da saepe suadebat fratri: ut abstine
ret armis. Satis enim sibi esse: qual

magnam Sarmatię Germanięque par-
tem uniuersam Thraciān Macedoniā
duas Misias duasque pannonias Nori-
cum et Illyricum Achaiamque sue di-
tionis fecissent. Satis iam glorie gen-
ti hūnorū comparatum: qui roma-
nos rerum olim in orbe portos e suis
provincijs pepulissent. In regnis igi-
tū siso tanto hūnorū crōre p̄tis
esse quiescendum. His atq; alijs mul-
tis quoq; in rem fuerūt uisa idonea Ble-
da Arile stratii longioriē diu-
tum iōremque militiam sepe dissu-
adēbat. **I**d ille per quam moleste
ferens clam imperat non nullis e su-
is: quos adhuc iudicavit aptissimis:
ut quom primū nanciserentur opor-
tunum tempus: Bledam incantū in-
terficerent. Dum itaque ille uisceret
opifices: qui muro circundabant
Bledam: quam urtem tunc ip̄e con-

debat: et ex se cognominari decreuerat
 Budam postea ueterem nuncupatā:
 ut supra ostendimus: satellites ī pro
 uisi ad cūm uenientes locum ipsum
 nihil tale sibi metuente obtrūcaueret.
Alij prodūnt: Bledam quem Atla
 adscinerat iam ad regni consoritū:
 bellum ille gereret in gallia: fines sibi im
 perij constitutos fuisse transgressum:
 ideoq; ibi rediuit in pannonias ipsū
 in fratrem manum intulisse: illiusq;
 cadauer iecisse in Danubium: ne
 unquā sepulture tradēdū intulirent.

INDEX SEXTVS

Bleda igitur ita mortuo: cōuer
 tit Atla cogitationes suas os
 ad subigendas alias roma
 norum principum prouincias. Cō
 tractis itaque undecunque potuit
 copys: atque instaurato ueteri suor

excititu: primum iuadit propinquū
pannoniq̄s Illyricum: deinde conter-
minas ei Liburniam atque Dalmati-
am. Quisquid agrorum occurrit fer-
ro ignique peruersat. Delet urbes et
ciuitates: que non statim hoc ē quom
primū fuit profectus eius exercitus
deditioñē. In his fuere Tragurium:
Sibinicum: Iadira: Senia: Pola. Que
ciuitates postea progressu temporum
prosperiorū restitute sunt: iadira p̄e
serit: que pulchritudine opibus et
auctoritate ceteris p̄estat. **I**taliā
postremouersus contendens delet Aq-
leiam. Capit ac diripit Patauium: Vi-
centiam: Veronam: Brixiam: Bergo-
mū: Mediolanum: Comū: Ticinum:
Bononiam: Breuiter subigit Flami-
niam: Agrum picenum: Hetruriam:
Urbem Florentiam funditus susti-
lit: licet ultro deditioñem fecerit. Fuit

habitatore uacua usque ad Caroli Mag-
ni tempora: a quo restituta est. Rediit
postea in Galliam cisalpinā: ut illic in
staurato exeritu magnam enim mi-
litum partem eo bello amiserat ad de-
lendam Romanū se inde conuerteret.

At uero Leo huius nominis primus
Pontifex maximus uir ut doctrina ita
uitę sanctitate insignis diuinitus inspi-
ratus simul adductus Valentiniā
romani principis precibus urbe cum
Clēricorum magno numero excedens
ad Atilam proficiscitur. Ille de pontifi-
cis aduentu factis certior obuiam ci-
procedit non plane honoris gratia: sed
eo animo: ut ipsum sua manu iugu-
laret. Peruenerat iam Pontifex usque
locum: a quo haud procul Mintius am-
nis in padum influit. Tum illo salu-
tato: hoc tibi inquit iubeo Atila in no-
mine Iesu Christi de omnipotenti si-

lii cuius ego sum cultor et seruus et in
terris uicarius. Siste pedem: ac desine se-
uire in Italiam. Auerte animum ab Ur-
be Roma: quam delere te posse sepe-
sti. Sunt iam te multo potentiores: qui
ipsam tuantur. Satis superque flagel-
lum dei te esse comprobasti. Huc usq;
Romano imperio christianisque natio-
nibus fuisse te infestum deo permit-
tente licuit. Abi hinc niemini nocitu-
rus in Pannonias: ubi datum tibi a deo
est tuorum humorum sedes posuisse.
Si feceris alitr: haud mora: inte tuas
que copias malorum omnium ulti-
deus mihi crede animaduerteret.
Hec ubi Pontifex dixit: ille omni fe-
licitate deposita: uelle se parere respon-
dit. Petita igitur a sancto uito exceden-
di uenia: nihil moratus tubet per pre-
conem universo exercitiu: ut innoxius
ab Italia abeat. Castis itaque proprie-

motis: se itineri committit: ut obedienter
pontificis pareat imperio. Rediens autem
quom primum peruenit in Noricum: di-
em suum obiuit. De eius morte duas
scio ferri opiniones. Fuerunt: qui affir-
maverint: ipsum ob mortuum asperitate
occisum fuisse suorum militum manu. Ab
alijs proditum est: quod plerique assere-
dum malunt: ipsum dum dormire
suffocatum fuisse sanguinis profluvio:
qui ore naribusque eius plurimus ema-
nauit. Profluvij causam amint fuisse
tumici crapulam. Iacuisse ea nocte cum co-
perhibent Illiconam. Ceterarumque ei e-
rat uxorum pulcherrimam: in qua mor-
tis eius causam non nulli retulerunt. Fue-
re tamen qui puellam tuerentur: et qui
dem non iniuria: propterea quod nul-
la uel illata uulnera uel dati uenenii i-
dicia in exanimi corposa uisa sunt: san-
guinis autem quem dixi profluvium i-

ficiari nemo potuit: tanta fuit rei ciden-
tia. Illud uero nequaquam præteruisse uo-
lui silencio: cum sit et mentione dignum.
Mirantibus barbaris: quibus ipse sole-
bat uti familiarius: quor a deo celeriter
ac modeste obtemperasset uisioni christi
am sacerdotis: uidu inquit supra caput
illius duos viros uisu terribiles: qui nu-
ditatos strictosque gladios manutenebant
necem mihi cunctisque uobis minitabā-
tur: nisi haud cunctanter illius imperio
paruisse. Ex illius præterea ore nescio
quid terrificum in me effluxit: quo
ita expauit: ut nescirem: quo me uerte-
rem. Ut itaque mea nescireque consu-
lebam salutem: parvū ut uidetis: et per
quam facile & quam celerime. Ab Italia
igitur in nostras omnino pannonias
conuigrandum uobis est. **I**ndubitate
cavite clœnci: et alijs qui fuerant co-
mitatu pontificem quæsierunt ex eo: qd

er
nam sibi uellet: quod Attila se uidisse supra
ipsius citum fateretur: Respondit ponti
fex: beatos apostolos petrum et paulum de
uoluntate ita apparuisse: qui tam cœnt:
ut semissimi Tyranni vim possent pro-
hibere: ne urbem Romanam que in eorum
est tutela inuidat ac debeat: ut se fac-
tum deceterat. Quia autem hodie in
teriit: Martianus imperator agens in
urbe constantinopoli fertur illius ar-
cum fractum per quietem uidisse. So-
no vero excessus dixisse domesticis
quod uidetar: coniecturaq; sciat asseq-
uita illum excessisse. Regnauit in pā-
nonijs annos quatuor et quadragī-
ta: quanqñā ducis nomine annos
quinque præfuerat exercitu hūno-
rum: ante quam in pannonijs regni
diadema recipisset. Fuit corona do-
natus hūnotū omnium uno conser-
su anno ab erti Iesu xp̄i. cccc. pmo:

ab aduentu vero ipsius in pannonias
anno octavo et uicesimo. Vitam perdu-
xit ad annum etatis centesimum et uice
simū quartum: qui fuit post per domi-
tas ab ipso pannonias annus secun-
dus et septuagesimus. Sub eo occisa
fuisse non nulli putant: unde illa
milia uirginū: quarū dux fuit beata
Ursula regis Britonū filia. Ab exerci-
tu namque hunorū qui per id tempo-
ris Agrippinā colomam obsidebant vulgo Cöln dicta
interfeci sunt. Hunorū dux erat ro-
manus quidam Iulius nomine: qui ab
alienatus a patrie charitate defecit
ad Atilam. Alij perhibent: Hunnos
a quibus interempti sunt illæ uirgi-
nes descivisse ab Atilla: ipsosque sub-
duce Iulio postea militasse: atque ita
pro Romanis Coloniā quæ defec-
rat ad Atilam circuſedisse. Propterea
traditum esse ab eo: qui scripsit beate

Vrsule martirium. Maximinū Roma
num principem misisse nuntium ad
Iulium hūnorū ducem: ut educato con-
tra illam uirginū multitudinē exer-
citū: eas quom Roma redeuntes uen-
tent Colomam ad unū interficerent.

Memorant: ipsum Attlam in exercitu
suo ex solis hūnis ad decies centena mi-
lia armatorum habuisse. Ex alijs na-
tionibus supra quingenta milia. Cur-
riuum et quibus tetrum que essent
usui necessaria onera comportaretur
et qui essent ad rem gerendam idonei
decem milia. Arma omnis generis
ac uarietatum forme tum magnitu-
dinis tentoria: quecumque preterea
essent usui rei bellicę regalisq; luxus
splendori et ornamento atque no-
luptati precij erant prorsus inexti-
mabilis. Fuerunt qui arbitrauīt:
ipsum in cunctis que pertinenter ad m-

mis incole magna ex parte loquuntur. Ut
 affirmant complures: qui inter eam na-
 tionem uersari sunt lingua: qua nos sit
 hungar utuntur. Id iterum esse: eo cuia
 confirmari potest: quod Ioannes Sarma-
 tarum imperator: quem uocant Moscho-
 uię ducem inter ceteros principatus sui
 insignes titulos: hungarie quoque seducte
 appellat: ut et libro septimo rei huius ha-
 bentes mentionem ostendimus. No aut
 nostre huius hungarie ducem se dicat:
 sed illius sarmaticę: unde profici sunt hū-
 gari: qui pannonicas tenent. **D**uce igit
 hungare: quem eam nacto ita a patre
 nomine ad aeternam rei memoriam uo-
 cari uoluit sarmaticas finibus hūgari
 aggrediuntur. Quacumque fuit eis trā-
 scendit: ferro sibi aperiere uiam.
 Quid multis morer? Ad optate tandem
 terę peruenierunt fines. Quam hosti
 liter ingressi: atque aduersus incolas

bella gerentes brevi eos perdonuere.
Ipsam autem pannioniam prisca mu-
tatio natalis hungaria non tantum ab
corum duce sed ex se etiam cognova-
vere. Quod nomen in hanc diem ut
est toti orbi nonissimum permanet. Glo-
riari plane possunt hungari: se fuisse
consecutos quod hūni consequi ante-
nequaquam potuerē: ut pote qui neq;
uerunt efficerit: ut ipsis regnabutus
antiquissimum pannonię nomē a uil-
gi memoria aboleretur. **N**on tamē me-
fugit: quendam hungararum rerū
scriptorem prodidisse: nihil esse dis-
criminis inter hūnorū et hungarorū
appellationē: sed latino quidem uerbo
dici hungaros: peculiariter autem natio-
nis lingua eandem gentem uocatari-
tum Magiaros tum hūnos. Ego ni-
hil ea in re disputare ausim: ne homi-
bus hungaris gentis sue rerum scrip-

toribus reluctari videar. Ceterum eius qđ
hoc loco affirmo habeo auctorem: quem
sequi non uereor. Elinium uidelicet
probatum historiā natione francum:
quem aliquot in locis superiorū libro-
rum ubi hortata res est sum ipse se-
cūtus. Is anno Iesu christi. M. cc. lxxij.
scripsit opus egregium licet rudi ser-
mone: quo explicuit originem gentiū
omnium barbararū: quę a magni Co-
stantini temporibus ad suam usque te-
pstatem uarias orbis terre partes te-
nuere. Prodiit igitur scriptor is dili-
genissimus operis sui li. v. ubi tradi-
dit quę pertinere ad originem Tata-
rorum et Gothorum Vandalarumq;
atque longobardorum hūnorū et
hungarorū: hūnos et hungaros eā
dem quidem fuisse gentem: ut pote-
scythicam seu maiis dicere farma-
ticam: sed hūnos fuisse cognomina-

ros a ducē hummo nomine: hungaros
 uero a farmatica quedam regione:
 unde in pannomias uenerunt: quā
 ex patre suē vocabulo nominari uo-
 luerunt hungariam. **H**oc habui: qđ
 de hungarorū et origine & noīe
 scriberem. At uero ego nequaquam
 eis relator: qui sentiunt alit' hun-
 garis preserium: quos credendum
 est: multo magis ad uiuum res eo-
 rum per noscere: quam uel me uel
 quemvis alium ab eorum patna
 uel genite alienum. Ei iigitur qui
 magis placuerit: quisque habeat
 fidem. Sed ad Adalarū Chabe
 fratrem et Atile filium quem uide-
 bamur priuernisse redeamus.
Xcopis que partes eius fuerant
 secutę haud multo post Chalę fu-
 gam tot interire ob accepta in prę-
 liis uulnera: ut non plures nigrūtu-

milibus hominum morte crepusit.
Eam obirem: qui superstites extiterunt
aduti odio patre: in qua ab uniuerso
hūnorum exercitu esset tam infœ-
liciter et unicatum: inde excedit: aliij
que alio: pro ut sua quæque tulit
uoluntas: ire contendunt. **A**dala-
rius itaque cum esset natus matre
germana nobilitate inclita: pere-
xit in germaniā: ubi tandem diē
obiit. Ita obstratum quam dixi dis-
cordiam cruentūque bellum quo/
Atilie ille numerosissimus exercitus
qui fuerat generi humano formi-
dini fuit partim morte deletus:
partim uersus in fugam: partique
ad diuersa orbis terre loca disper-
sus. tuero Angelus acciaiolus flo-
rentinus uir multarū doctrinarū
peritia nostra ætate insignis atque
aliij qui ante eum scripserunt Caroli

magni uitam tradiderunt: hūnos fuisse
 ab illo deletos: ut nos supra de Francorū
 regno scribentes operis huius libro quīto
 et quadragesimo ostendimus. Ibi nos
 docuisse meminimus ipsum Carolū post
 subactas aliquot barbaras gentes in ex-
 tremis magnē germaniae locis habitan-
 tes intulisse hūnis bellum: atque annos
 aduersus eam nationem belligendo co-
 sumpsiisse: illosque tandem non modo
 superasse: acrum etiam ita omnino de-
 leuisse: ut pristine eorum potentie nul-
 lum remanserit uestigium. Nec unquā
 alias carolum cōpisse arma: quibus
 plures hostium ccciderint. Nunquam
 pīeterea uel tot uel tam preciosa spolia
 aliunde quam uictis hunnis: in gallias
 redeuntes francos transportasse. Eamq;
 eadem libro dixi fuisse causam: ut hū-
 norum deleta potentia: totius quoque
 gentis nomen deleretur. Et id circa scy-

thas in pannoniaſ post annos trecentos
reuerſi nullam habentes noīs hūnorū
mentionem ab eorum duce ac patria
hungaros ſe & recuperata m pannoniā
cognominauerē. Iam enim hūnorū no
men etiam apud ſcythitas gentes i fue
rat multo ante hungarorū in pan
noniaſ aduentū extinctū. Id omnino
habet ueritas. Sed ad intermissam rede
amus hīſtōriā. Non propterea tamen
a deo abſumpta deſertaque pannoniā
fuit: ut inculta protus relinqueretur.
Fuerunt enim ex illarū copiarū re
liquijs: quos rediuit exercitiū militiæ
diuturnioris qui neque ſcythiam cū
chaba neque Germaniā cum Adalano
petiuere. Perſliterūt ignit in patria:
quam non ignorabant abundare co
pia complurū optimarum ierū: que
ſunt uſui humanae uitę necessariae.
Cum indigenis fœminis coniunxe-

re connubia: ex quibus suscepserunt liberi
mire breui coaluerent. Dederunt operam:
ut agri diligenti cura colerentur. Cum
finitimis fuerunt eis benigna conmer-
tia. Iuncta priusera que inter vicinos
esse solet amicicia. Accessit quod pro-
gressu postea temporum multi ex u-
traque misia et ex Dacia atque ma-
gna Germania exque propinquis
alijs aliquot populis soli frumentate
adducti ad eandem regionem habitu-
dillic animo paulatim conuenerunt.
Delegerunt sibi prout fuit cuique
placitu loca habitatu idonea. **C**ert
rum cum nemo dominum apud ipsos
teneret: perdiu sine legibus proque
suo quisque arbitrio uitam transage-
runt. Cumque mire ubique per om-
nem longe latque regionem populi int-
uplicarentur: nec sine moderatore pos-
sent honeste iusteque uiuere: omnium

consensu perficiunt sibi virum quendam
natione germanum Suatepoligum nomine:
qui apud eos habebatur singulari predicti
tus prudentia: eratque generi clarissi-
mus. Motu patre eius fuit nomen:
qui et ipse in primis prudens et consi-
lio belligerandi peritiae magnus a-
deocerat: ut suorum temporum mor-
tales omnes superaret. **E**o ita principa-
tum tenente: hungarorum exercitus de-
quo mentio facta est pannonias in-
gressus est. **Q**uibuscum incolebantur du-
ce Suatepoligo: armis occurserunt.
comissa atrocissima pugna hanc pro-
cul aponit Bomo: id enim est loco
nomine: hungari viatoriam adepti
sunt: atque ita in pannonijs Sarma-
tarum seu Scytharum nactio denuore
rum potita est. **O**stensis iam causis:
quibus est effectum: ut hunorum exer-
citus deletus pene totus esset: ex quar-

narratione eo usque nostram produ-
ximus orationem: ut diceremus al-
terum in pannonias Scytharum qui
hungari appellantur sunt aduentum: re-
liquum est: ut demonstremus: quo
ordine: ac per quos post occupatame-
am regionem corum rem publicam
hungari usque ad sancti Stephani
regnum administrare.



PAUCIS post annis: eorum du-
ce mortuo: cum exercitus ta-
tus esset: ut unius unius impe-
rio facile regi non posset: septem si-
bi viros ex omni multitudine consti-
tuunt: quos vocauerent capitaneos: no-
autem latina appellatione: copiarum
duces diceremus. Divisiisque in sep-
tem partes copijs: singulis earum suos
capitaneos praeficiunt. Erat inter eos

uir et insigni corpore et claritudine
 generis ac uirtute omnium eminen-
 tissimus Arpadus nomine filius
 Alomi uiri apud eam gentem summa
 auctoritate præstantis: qui ex Atilæ
 genere ortus fuisse dicebatur. Cestas
 autem fama tunc apud hungaros
 erat: fuisse huic uiro a matre auispri-
 catum inditū nōmē. Ante enim quā
 partu ipsum adidisset: uidisse illā
 per quietem affirmabant: astarem
 auem ad illam uolasse: seque ūsinu
 asse in illius uterum: ex quo fuisse
 mox ortum terrentem nimio splen-
 dore coruscum: illudque magna cū
 luce fluxisse ad remotissimā quādā
 orbis terre partem: ibique profluisse
 quidem: se emisisse ex se undiq; ra-
 dios: quibus loca omnia circumiecta
 lucem ac capere uidebantur. Quia ue-
 ro hūnorum lingua somnus uocabā



tur Alom: natum ex se filium / illā no-
minasse Alomum. Eius filius fuit
ut diximus Arpadus: a quo postea
hungariorū regum præclara proge-
nies ordine quem hinc explicabi-
mus deriuavit. Redcamus ad sep-
tem duces: seu cū illorum utamur
vocabulo capitaneos. **V**nus cuius
que eorum exercitum tradidit: conti-
nuisse armatorum triginta milia et
quinquaginta supra septingentos.
Cum que unicuique exercitui suis
fuisse designatus castrametandi lo-
cus: ac propitera septem locari castra
ipsos oportuerit usurpauit vulgus:
ut locus ubi septem illa castra posita
sunt germanorū lingua Sibemburg:
id est septem castra appellaretur. Idq;
locum nomem in hanc diem perman-
sit. **P**aulatim postea uel interfatis/
uel pulsis cū non nulli tradant.

uel quod est credibilius in potestate
redactis habitatoribus: qui magna ex
parte eiusdem erant cum auctoribus
generis: ut credendum est: Arpadus
ante ceteros duces peruenit ad
mortem: qui Noe tunc appellabatur:
in qua hungarie parte suarum co-
piarum siveque habitationis sibi lo-
cum elegit. Ibi interiectis postea tem-
poribus: beatus Stephanus hunga-
rorum primus huius nominis Rex
qui ex genere defluxit Arpadum Al-
bam urbem condidit. Ceteri capi-
tanei pro ut cinque sanctis eis uisum
sua et ipsi habitandi loca delegerunt.
Ex illorum autem genere nobilis
sima queque hungariorum procerum
familia orta est. **V**bi deinde item e-
orum hungari haud mediocriter et
auxerunt et firmauerunt: selecto
e singulis exercitibus militum ar-

bore: domo egressi infestis armis pro-
pinqua regiones inuadunt: diripi-
untque: atque peruersant. Ita parta
omnis generis preda: domum regredi-
untur. Id autem ab illis eo factum est:
ut hungariorum nomen que admodum
et hūnorū olim fucrat iteris es-
set cūcīs europæ nationib[us]. A li-
quo post annis: cum eis christia-
na religio maxime esset inuisa: ad-
uersus ualos: a quibus christus u-
bique tum colebatur expeditio-
nem suscipiūt. Parato igitur ex-
eratu: per forum iulij Venetas p[re]-
ficiuntur. In ea regione ferro atq[ue]
igni omnia absunt. Urbe pa-
tium subiectis multis in locis
incendijs totam conburunt. Excir-
runt inde in Lombardiam: conāq[ue]
nomine supra docuimus seculo no-
stro uocari Galliam cisalpinā. Eam

autem regionem multipliciter uoxat:
affliguntque. Dirunt enim complu-
tum nobilissimarum urbium adifi-
cia: templa præsertim dei et sancto-
rum. Nulli sexui nulli ætati accidi-
gnitam hominū parcunt. Obtrun-
cant Vertelessis ecclesie antisitem.
Illius ac ceterarum ecclesiarū thesau-
ros diripiunt. Ita crudelissima cla-
de ubique adita: cum inestimabili
preda/ eo unde uenerant rediere.
Decem diem interiuersus annis: tra-
duxis extra hungariam copijs: ad-
uerstis Saxonos a quibus nunquam
fuerant antea uel leui lassiti iniu-
ria/arma suscipiunt. Quibus uictis:
in Turingos se conuertit: mox in
Suenos postea in Francos et Burgos
duont: inque alios multos et Gal-
iarum et Germanie populos. Ta-
tus tunc hungaros fortunę fauor

aspergit: ut nullum unquam cū ho-
stibus commiserit prelium: de quo nō
fuerit gloriosam adeptū victoriam.
Ita fiebat: ut omnes europæ natio-
nes auditu hungariorū noīe exicium
sibi metuerent. Gentibus autem quas
comemorauit non sine misericordiis
cedibus superatis: patram preciosissi-
mis honesti spolijs petiere. **V**icesi-
mo de hinc anno: dux Opourdo: ide-
cum erat nō in omen: ingressi in rāq;
Mysiam omnia longe lateque populā-
tur. Ingrediuntur et Thraciam pque
eas excursiones et uarias et infestissi-
mas facientes perueniunt ad urlem
Constantinopolim: quam aliquot
diebus circū sedetur. Sed aīaduenten-
tes frustra se nitunt uasta nanque et
populosisima citiitas neque breui-
neque facile expugnari posse vide-
batur. inde uastato agro discedunt

quidem: sed universo greciæ inestima-
bili illato detimento. **H**ac et alia per
multa dicta audiunque terribilia at
que admiratione dignissima fœlici-
ter gessere hungaru non modo sub scé-
tem illis copiarum de quibus est fac-
ta mentio: sed sub alijs quoque ducibz:
qui illis successere: quorum imperijs
paruerunt ex quo tempore sibi sub-
geit pannonias: usque ad Toxum
uirum profecto singulari virtute pre-
stantem ex Arpadii ducum genere.
Eo nāque duce: administrata est res
eorum publica magna fide ac summa
prudentia ad tempestatem usque
Geiche patris Stephani regis: quo ha-
benda hic est mihi mentio. Ceterum
prius est demonstrandum: qui qua-
lesque ipsum parentes genuere.

INDEX NON VSI

48

TAHO CUIUS modo memini filius
fuit Geicha dux et ipse
hungarorum. Fuit is vir
deo in primis acceptus celo et immor-
talitate dignissimus. Primus namque
hungarorum omnium credidit in chri-
stum: eiusque obediuit euangelio.
Quod dei beneficium quem ad modum
illi contigerit: ita constat ex his que
scriptores uitę bean Stephani hunga-
rorum olim regis tradiderunt. Quomodo
primum Geicha cepit res hungari-
cas administrare multa egit severa
atque crudeliter cum aduersis po-
pulares suos: tum principue aduersis
fuit timos: et alios multos homines:
qui negotiandi gratia in hungarie
Civitatibus commorabatur. Cum enī
christianis autem egit mitius. Cum enī
pro quadam ingenij sui solertia
que sciuisse ex multis peregrinis que-

nam qualisque esset religio christia-
norum: accepissetq; tandem multa
de ipsa: que ab eo iudicata sunt pro-
batu ueneratuque digna: non modo
non sciendum in illos censuit: ut se-
uimus ab eius maioribus fuerat: sed
transmissis etiam litteris: dataque si-
de publica: illos indecumque potuit
ad se accersiuit. Quibus per humai-
ter suscepis: multisque ultro curaq;
de christi cultu ditis: ad extremū se-
cet eis potestatem: ut christum libere
coletent: utque illis licet: ubique
uelent christianas erigere ecclesias.

Inter hęc quadam nocte uisa ē illi
per quietem mulier pulcherrima mi-
ro circuī septa lumine: quam multæ
speciosę uirgines comitabātur. Ea
his ipsum uerbis allocuta est. Bono e-
sto animo Geisha. Ego sum Maria illa
intacta uirgo: quam christiani homines

tibi dixerunt esse Iesu Christi filii dei ma-
trem. Noste te uolo: filio meo tuum erga
eius cultores animum gratum acceptum
te fuisse. Ob honorem igitur quem illis
impendisti: premia ipsi tibi reddet cu-
mulatorissima. Maiores quorum gene-
re tu exortus es in tenebris id est me-
tis oculis capti uersari sunt: quippe
qui nulla habua ueni dei cognitione
auia deuianere ueritatis. Pro tempo-
rali itaque honore singulari dei dono
inspiraberis cœlesti lumine: quo effu-
gata omni mentis caligine: deum qui
te creauit agnoscet. Et quod nunc te
latet: scias: te suscepimus ex uxore
filium: qui regis appellatione domi-
bitur hungarum: eritque uen dei pre-
cipuis cultor. Ob ingenii uero excel-
lentiam: he neque sui regni admini-
strandis scientiam atque ob miram uitæ
sanctitatem suum seculum Christianam

que religionem ac suam patriam et hū
garie nationis nomen haud mediocri
apud deum et homines laude exor
nabit. Ego autem ob ipsius excellētia
apud meum filium merita: tibi pol
liceor: fore me regni tui fautricem pa
tronamque præcipuā. Cæterum hoc
tibi est cura intentissima agendum.
Enī in Bohemia vir motum integri
tate christi anaque doctrina et ecclesi
astica dignitate insignis Adalbertus
nomine. Huic deus inspirauit men
tem et animū: ut ueniat in hungari
am tibi tueque genti uiam cōsequē
de uerę salutis ostensurus. Huic tu
humaneque benignęque suscipito.
Quęcunque autem docuerit et audi
to acente: et agito diligenter. Hęc ubi
dicta sunt: imaginat illa ueneranda dis
cessit. Somno Geicha solitus incre
dibili gaudio letitiaque afficitur.

Nec minus legitanter animo sibi proponit.
caseuelle exequi obnixissime: que ei
per quietem beata virgo suaserat. **E**adem
præterea illius uxori quiescenti iisus
est inuenis magna luce respplendens
amicis noste: quia solent orti a diaco-
nes: quom diebus festis apud christia-
nos rei diuine hoc est missarum mistic-
ra celebrantur. Quam allocutus ego
inquit sum Stephanus: qui obuentia-
tis testimoniū mortalium omnium
primum mortem corporis pro Iesu
christo beate Marie virginis filio pas-
sus sum. Quam obrem ab homini
bus christianis protomartir appellor.
Illiū imperio tibi cui per quietem
nunc uides apparui: qui hoc tibi nū-
ciarem. Non multis post hanc horā
diebus: euangelium tibi per Adal-
bertum pragensis ecclesie annuntiē
predicabitur. Ita queueni de fide ac

religione accepta: tu virque tuus ac
 multi e popularibus vestris sacrum
 baptisma suscipient. Ita mente illu-
 ta deoque gratiosi redditu dignieritis
 deo atque mortalibus acceptissima so-
 bole. Paries enim filium: quem ex fa-
 cro fonte baptisni ex meo nomine
 vocabis Stephanum. Is in hoc erit
 mihi similis: quod sicut ego omniū
 discipulorū Christi sui primus mari-
 ri corona decorans in celis: ita ipse
 primus erit hungarorum principiū:
 qui in terris et titulo et diademeate
 regio decorabitur. Erit autem deo
 hominibusque dilectus: et oblaude
 dignam regni administrationem at-
 que ob sanctę vite merita immorta-
 lem sibi memoriam comparabit.

Hec ubi dicta mulier audivit: ex-
 pergefacta secum uoluptare mente
 cœpit: quid sibi uellet eiusmodi som-

num: uerinet idelicet aliquid afficeret:
an aliquod inane: cui nihil fidei esset
habendum. Carterū quoniam primum illu-
xit: uiro ordine refert que somnia fū-
erat et uidcrat: et audiuerat. Nec minus
uir coniugi narrauit quod somnia
uerat. Leni igitur illi et prece rei pro-
missę tum nouitate tum magnitu-
dine stupefacti rem eorum qualiscum
que esset euentura diuino cōmiser-
re consilio. **E**is deinde expectanti
bus miraque sperantibus desiderio:
ut diuina in ipsis adimpleretur
providentia: uenit in hungariam
dei seruus Adalbertus: de quo paulo
ante mentionem habuimus. Excep-
tus est a Gieicha perbenigne & omni
quo decant honore atque reverentia.
Postea uero quam inter se cōmunicā-
uerunt que rei cuius causa diuina
iussione uenerat sanctus antistes

uisa sunt utilia: Geicha eiusque uxor
nihil morati ad suscipiendę christia-
ne pietatis fidei sacramenta uehe-
menter inflammatur. Quid multis
opus est uerbis? Constitutus est dies:
quo et ipsi et multi uiri nobiles mul-
tique alii tum mediocris tum humi-
lis generis homines sacri baptisma-
tis in christo renati sunt. Voto setunc
fecit obnoxium iureque iurando p-
misit Geicha: quam primū daturū
bium: in quo eiusdem ordinis sacerdotes
deo famularentur. Alba beata Marie vir-
ginis eadem que sepe conflagrare antea
solebat plumbis texit laminis. Cuique
postea ipso uiuente etiam conflagrasset:
plumbo ipsam denuo texit. Obiit anno
humane salutis M. ccc xlij. xvii. Calen-
das Augusti: Albaque sepultus est.

INDEX. XX:

EI successit Lodowicus filius: que ex Elisabetta uxore polonie ut iam dictum est regis filia suscepserat. Fuit animi mag-
tudine religioneq; atque alijs multis christiano principe dignis uirtutibus parenti non modo simillimus: sed etiā par. Paternū regnum et gloriam conser-
uauit et auxit. Bello et terribilis & for-
tunatissimus. Pace mitissimus. **H**uius
frater fuit Andreas ille Sicilię seu matris

regni neapolitani rex: cui nupsit Ioāna
 Roberti regis filia: quę Andrea ipso non
 modo despato: uerum etiam abdicato: nup-
 sit philippo principi Tarentinorum. Post
 multas deinde ei illatas iniurias: ipsum
 interfecit: ut suo loco ostendi texens ca-
 talogum regum neapolitanorū. **A**t ue-
 ro Lodouicuſ ea de causa cum ualido ex-
 eritu semel et iterum profectus ad Io-
 anne regnum fratris necem ultus est.
 Multisq; ibi fortiter glorioſeque gestis in
 suū rediit regnū. Elisabeita quoque eius
 mater in filij auxilium ante quam illi
 necis infidię adura coniuge pararentur:
 Neapolim usque nauigauit. Composita dēide
 inter filium et nurum concordia: Romam
 perexit: quo beatorum apostolorum petri et
 pauli corpora ueneraretur. **D**uxit hic rex
 uxorem Margaritam virginem prestanti for-
 ma Caroli marchionis Morauie filiam. Ce-
 terum ea imatura morte defuncta: duxit

Elisabettam filiam Stephani bani uiri genere i
signis: ex qua tres e filiis nate sunt. Caterina:
Maria: Adiuga. **M**isit copias contra Tarta
torum exercitū: qui invaserunt Transilua
nos et Siculos: illosque duce Andrea Laczi
co profligauit. Fudit et copias aliquot re
bellium: qui in Croatia et Dalmatia motus
magnoſ excuerāt. **D**uxit in Italiam po
tentem contra Venetos exercitū: qui ſibi
occupauerant Dalmatiae partes maritimās:
easque reſtituerē cum eſſent ditionis re
gum hungarię recuſauerant. Aliquot illis
urbe in quis fuit Tartuſiū multaque ca
ſtella adermit. Nec deſtitit ab armis: donec
ei queſ occupata ab illis fuerant reſtituerē
tur. **D**uxit et auxiliares copias ſumis po
tificibus Innocentio Gregorio et Urbano:
propterea quod non nulli itali tyriani mul
ta Romane ecclēſie oppida ſue ditionis fe
cerant. **E**xpugnauit Boſnienses et Bul
garos: qui ab ipſo deſciuerant. Alias mul

tas suscepit expeditiones in suos aduersarios: i
quis fuit Carolus imperator: de quibus omni
bus magnam fuit gloriam consecutus. Lit
fatos infestantes Russiam: que tum ei pare
bat: ueritatem in fugam. Deditque operam: ut
ca gens cum abhorrearet a pietate christia
na christi susciperet cultum. Ipsius preterea
cura effectum est: ut Comani genus homin
ferox et imperium qui Tartarorum ritu ab
sque illa religione antea uitam egerant
ad christi fidem conuertereintur. Nauauit et
operam: ut patarenii Bosniensis natio abiec
ta execrabilis illa manicheorū heresi: cui p
diu inheserant ad fidei ueritatem unitate
que redirent. Verum perfidi homines haud
multo post ab eorum heresiarchis persuia
si ad pristinos redierunt errores. Pepulit
ex hungaria Iudeos co precipue: quod sfe
nore multos ad extremam redegerant in
opiam. **E**lectus et coronatus fuit Polo
ne rex: tantum ualuit eius apud exter-

nos auctoritas. Sub eo: beati Pauli primi heremite corpus e Venetis in hungariā translatum est. Constituit autem complura cœnobia: in quibus uiuerent heremite: qui ipsius beati pauli religionem profiteri se dicunt. **V**biuit mortem anno ab ortu domini nostri Iesu christi. M. ccc. lxxxii. tertio id^o Septembri. Sepultus est Albe in sacello qd^t uiuens extruxerat iuxta eadem beate Marie virginis. Regnauit an: xl. Morte eius iminente: crinita apparuit stella: que tāti principis e uita exitum absque ulla dubitatione significauit.

INDEX XXXI :

Reliquit filias duas: quartum natu grandiorem Mariam nomine puellam adhuc destinauerat uxorem Sigismundo: qui et ipse erat tum admodum puer: eratque Marchio Brandenburgensis et filius Caroli imperatoris

regisque Bohemorū. Illo itaque mortuo: ea
puella totius senatus hungarorū consensu
regina coronatur. Decerniturq; ut non mi-
nus quam si esset rex: apud ipsam rerum su-
ma constaret. Cum Elisabeta igitur matre cu-
ius usq; est consilio cœpit primū magna cū
laude cuncta administrare: prout tān regni
cuiq; exigebant. **H**aud tamen multo post:
fit Elisabeta prava consultrix: persuasa uide-
licet quorūdam factiosorū consilijs dolosis
q; suggestionibus. Cœpit nāque multis ex
hungarica nobilitate p̄stantib; iuris su-
as adimere et alijs tribueire facultates ho-
nores dignitatis: quas illis Ldouicis ob-
merita ostensarum ab eis uirtutū impende-
rat. Ob rem itaque adeo indignam: mul-
te toto in regno seditiones ac similitates o-
riuntur. **Q**uo circa placuit plerisque ex
Neapolitano regno accersiendū in hunga-
riam Carolum cognomento parū: qui fu-
erat filius Andree eiusdem regni regis Lo-

douici uero nepos: cui regni hungarie suc-
cessio deberi iure videbatur. Facile ille per-
suasus uenit in hungariā: et regni coronam
fautoribus illis: a quibus fuerat accersitus
consecutus est. **C**eterum Elisabeta graui
ob id affecta molestia dat operam: ut per
amicos Carolus obtruncantur. Id ubi ē
factum regni administratio denuo ad re-
ginam peruenit. Eare Sigismundus Ma-
rie sponsus cognita: quā celerrime pergit ī
hungariam: rexque appellatus regni coro-
na donatur agens etatis annū xx. Erat
autem is annus ab incarnatione filio dei. M.
ccc. lxxxvi. **H**ic est Sigismundus ille q̄
posta fuit Romanorū ab Octavio Au-
gusto, Vigesim⁹ quartus imperator: de quo
suis in locis: supra multa que sunt uisa
relatu digna prodidimus. Fuit et rex Bo-
hemorum: quorum regnum adeptus ē: mor-
tuο Viceslao eius fratre. Huius regni coro-
nam suscepit anno ortus domini nři Iesu

christi. M. cccc. xx. Obiit diem suum in Mo-
rauia: que regio ditionis est regum hunga-
rotum. Regnauit in hungaria annos. lv.
Vixit annos. lxx.

INDEX · XXII:



Tenuerat Sigismundus ex uxore
nomine Barbara Ermandi
Cilię comitis filia Elzabetam:
quam uincens Alberto Austrię
duci matrimonio iunxerat. Illo itaque ex-
tincto: Albertus et hungarorum rex corona-
tur: et in Bohemie regnum illi succedit.
Consensu preterea eorum: quibus huiusc
modi res cure esse consuevit imperator e-
ligitur Romanorum. **F**uit is magno animo
uir et christiane fidei defensor acerrimus.
Mouit nanque bellum aduersus hussitas: id
est: contra Bohemos illos: qui Ioannis co-
gnomento hus errores contra sancte
catholice ecclesie fidem affirmant. primita-

citerque tenent: ac predicant. De quorum
dānata heresi suo in loco que fuerūt cogni-
ti necessaria perstrinximus. Duxit quidē
christianissimus princeps in illos numero-
sum exercitū: sed occurrentibus quibusdam
suarum rerum difficultatibus: necesse ei fu-
it a susceppta expeditione desistere. Parantē
postea bellum aduersus illos denuo gerere
imatura mors rapuit: quippe qui paulo miny
duobus annis regnum tenuit. Vita excessit
anno salutis humane. M. cccc xxxix. Albe-
sepultus est.

INDEX XXXIII;

MOriens Albertus cum adessent
aliquot e regni optimatibus).
Elisabettam reginā grauidam ex-
se factam asseruit: meminerit
inquiens uiri hungari: cum iure futurum re-
gnum uīm: quem regina uīa partu ediderit.
Fuerunt iis: qui tum aderant: qui regis dic-



ta nihil iipenderunt. Plerique uero eius verba
 memore manducauerent nec plane sine consi-
 lio ut uidelicet expectato partus tempore: qd
 faciendum rex monuerat magna cum fide
 exequerentur. Illi igitur qui morientis regis
 uerba despexerunt censuerunt: nequaquam
 expectandum regine partum. Id enim si fi-
 cret: actum esse arbitrabantur de regno
 hungarie. Nam quid aliud expectaretur:
 quia quod hungaroru res publica regeret
 a foemina: que non suo sed aliorum consi-
 lio regnum moderaretur. Timendum esse
 regno amplissimo exitium: si tantisper
 esset expectandum: dum nasciturus in-
 fans ad tenendum regnum esset idoneus.
 Idcirco malle se accersire uiru que pia ex-
 ternu: quem regem sibi constituat: quia
 quod uel foemine uel infantis tutoribus
 et educatoribus esset tanti regni creden-
 dum imperiu. Itaque decretum ab illis
 est accersiendum Vladislauum iuuensem

morum elegantia preclarum Lituanię ducem
regisque Polonię fratrem. Is quam celerrime
adit hungariam: ac fauore illorum: qui ip-
sum produxere. Budam ingressus est anno
dei et dñi nři Iesu Christi M. cccc. xl. Alij
vero permulti quos non dum Sigismundi
ceperat oblitio eiusmodi rem quam gra-
uissime atque iniquissimo animo tulere.

Intra hęc: regina peperit: natoque infanti
nomen indidit Vladislau. Mox adit Al-
bam: secutaque est eam haud mediocris
pars hungaricę nobilitatis. Ibi datur o-
pera: ut infans uix quartū etatis agens
mensē coronaretur. **A**ffuit tunc magis
auctoritate vir Dionysius Strigoniensis
antistes ac sancte romane ecclesie pres-
biter Cardinalis: qui infantem de more
et iunxit: et coronauit. Is preterea ali-
quotque alij ecclesiariū prelati ac multi
regni proceres in regine nouelli tamē re-
gis nomine uerba iurauerūt. At vero re-

gina muliebri astu decepit prefectum arcis vi
cegradu quo in loco diadema fidei nanque il-
lius erat creditum seruabatur. Cum enim ad
reponendam in suo loco coronam itū est : re-
gina non plane illam sed aliud quiddā in
arca reposuit. Arcam autem obseruauit cla-
ui deque more obsignauit sigillo : illudq;
simul et clauim arcis prefecto cunctis qui
aderant spectantibus restituit. Nec quisquā
fuit ex illis a quo excogitatus astēmina do-
lus deprehenderetur. Ita coronam per dolo-
retentam illa subripuit : nec multo post in-
de excedens adiit Fredericū Austrię duce-
regemq; Rōanorū : qui Vladislao erat con-
sanguinitate propinquus. Non enim du-
bitabat astutissima mulier : quin apud
Fredericū et nouellis et infans hungarie
rex educaretur fidelissime : & delata ad se
corona seruaretur quam diligentissime.
Redeo ad Vladislauum. **V**eniens is in hun-
gariam miro eorum qui alterius erant fac-

tionis fauore suscep^{tus} est. Multi quoque ex
plebe partes eius secuti sunt. Ita patulatim
fuerunt auctae eius et opes et auctoritas. Bre
uiter rex aplerisque appellatur. Cumque
coronari ipsum oportere ab amicis acclama
retur: quesitaque in solito loco corona mini
me inueniretur: rei supplementū haud īde
cens ex cogitatum ē. Quodam enim diade
mate quod una cum sacris beati Stephanī o
lim hungarorū regis reliquijs scriuabatur
ipsum coronauerunt. **C**orona illa quā di
xi a regina subrepta est quiddam apud
hungaros in primis religiosum atque ue
nerabile. Estque apud eam gentem perti
naci quadam cura perdiu scriuata consuetu
do: ut nemo uel creetur uel appelletur rex:
qui non eo coronetur diadematē. Perhibet
nanque coronatum illo fuisse beatū et sem
puterna memoria dignum regem Stephani
num: cuius supra regnum uitamque per
strinximus. **S**ubsecuta sunt post hec pro

cerum inter se magna dissidia: intestinaque
bella moueri ac parari per uniuersam hun-
gariam: maximo animorum ardore cœpere.
Nec dubitari potest: quin tam periculosa
bella sine uariis ac miserabilibus stragibus
cedibusq; et cladibus atque multiplicibus
predis et dueptionibus agitorumq; uasta-
tionibus gesta sint. Tot autem tantisque
atque alijs permultis malis afflictata ē hū-
garia annis ferme duo detriginta. Hinc
enim arma inter se confiebant hungari.
Indeque Bohemus: hac Polonus infestabat
hungariam Alia ex parte Amoratus Tur-
carum tyrānus eiusmodi discordiarū nac-
tus occasiones hungariā ipsam iuadere
cogitabat. Iam enim paulo post Alberti
mortem cum in gentibus exercitibus su-
os cœperat egredi fines: ut sibi quascūq;
posset regiones gentesque subiigeret chri-
stianas. Iam subacta inferiore Misia pene
trauerat in superiorem: cuius portio quedā

est Rascia: quam uictant Seruia. Eam omnem nationem breui et absque magnos suorum discrimine in sua ille rededit potestatem. **M**ox ingredi parabat hungaria: quae ei regioni ē contermina ipsa superior Misia. Et nisi in gentibus illius contibus obuiā itum esset opera opeque et armis Ioannis Coruini: Cuius multa fortia facta supra idoneo in loco memorauimus: actum iam prorsus esset de re hungarorū: deque uniuersis hungarie propinquis conterminis que regionibꝫ et i primis de nostra Italia. Omnia quippe in ipsis Turcꝫ fortasse nunc longe lateque tenerent: sublatis christianorū principum imperiis: uti fecisse eos constat apud grecas nationes. Eiusce namque calamitatis est adhuc memoria recens. Ab hungaris igitur et a ceteris eis finitimi nationibus christianis immortales agende sunt Ioāni Coruino

gratię: qui hungarię futura audacissimaq;
illa Turcarum irruptione inuasionęque
seruauit. **A**d eas autem intestinorū bel-
lorū sevissimas tempestates discordiasq;
placandas missus est ab apostolica sede
legatus Iulianus Cesarinus natione Ro-
manus sancte Romane ecclesie diaconus
Cardinalis: de quo supra suo loco pauca
mentione digna predidimus. Is dum na-
uat operam: ut pax componeretur iter
Elisabettam reginā et Vladislauū: regina
ipsa moritur. Quam obitem: obueit: ut
Vladislai auctoritas apud omnes pluri-
mum augeretur. Ad quod hoc accessit po-
tissimum quod Ioannes Corvinus eius p-
tibus maxime fuit. Qui sub eo bellum
postea gerens aduersus Turcas intra pau-
cos menses multas uictorias magna cū
laude assecutus est: que supra ubi ē fac-
ta de ipso mentio cōmemorate sūt. **P**o-
stea cum Vladislauſ persuasus a legato

bellum mouisset contra Amorattum: co-
missoque cruentissimo illo maximeq; me-
morabili prelio: quo christianus ingens ex-
ertitus infeliciter dimicauit cum Turcis
anno salutis humane. M. ccc. xlvi. Cut su-
pra quoque suo loco tradidimus. strenuis-
sime rem gerens oppetuit. Agebat autem eo
tempore annū ætatis primū et uigesimū.
Regnauit annos quatuor.

INDEX. XXIII:

Erat per id temporis Vladislaus
Alberti filius annos natus qui
que. Idcirco cum per etatē nō
esset idoneus: cui regni trade-
retur administratio: habita ratione ge-
starum rerum aliarūque multarum uit-
tutum spectate præserim multis i rebus
fidei Ioannis Coruini: magno totius hū-
garie consensu delectus ipse est: qui regis
loco Vaiuode tñ appellatione uniuersum

regnum cum imperio moderaretur: ipsum
que sua illa animi magnitudine illaquei
rebus gerendis ei ardentite fortuna tutar-
etur. Eam electionem securus est omnium
populorum mirus applausus gaudiumq;
non mediocre et legitima incredibilis. Tan-
ta nanque erat uirtutis viri apud omnes
hungaros existimatio. **I**s ante omnia
que sunt ei uisa factu necessaria: curauit:
ut corona una et Vladislaus puer Aller-
ti olim regis filius quem Fredericus Augu-
stus apud se tenebat. Ut ante dictum est
recuperarentur. Sed cum ille restituere recu-
saret quod iure postulabatur: indignans
rei Ioannes impatiens infestis armis ex-
currat per multa loca: que tenebantur il-
lius ditione: per Carintiam presertim et
Carnicolam Stiriamque. Et priusquam
quod multarum Cittatum atque villa-
rum agros incendiis ferroque vastauit:
ingentem etiam inde predam pecorū

atque hominum traxit. Fecit id uir prae-
dentissimus eo consilio: ut Fredericus
ob acceptum tam grande detrimentū:
ad restituendū hungarī quod suū erat
adduceretur. Sed ille parum id curauit/
perinde atq[ue] ad rem suam nihil at-
tineret. Fuere ea tempestate per multi
mortales qui Fredericum accusarent et
ignauie desidieque: propterea quod cū illi
non decesserent opes: quibus potuisset repu-
gnare hosti: se tamen domi continuuit:
et uiolentig: quia cum cēt princeps chri-
stianus: quod sciebat non esse suum sibi
retinuerit tam obstinata pertinacia. **M**o-
uit et bellum Ioannes quod ad extre-
mum confecit fœliciter aduersus Geor-
gium Seruie despotū: a quo fuerat ma-
gna et indigna et que non erat equo ai-
mo ferenda laceratus iniuria. Constat
nanque bello: quod ei fuerat cum Turtis:
rediens per Seruiam in hungariam di-

uersatus est apud ipsum Georgium: a quo
credebat: amice se hospicio suscipiendum.
At uero ille hospitiū iure uiolato: non ami-
cum sed hostem se Ioanni exhibuit. Cap-
tum enim ipsum carcere obseruauit: nec
inde abire permissus esset: nisi Ladislauū
filium obsideā apud illum reliquisset.
Suscep̄tis tñ armis aduersus illum haud
multo post profectus cum multum agrorū
una prope excursione per Rasciam perua-
stasset. **S**uscep̄t et expeditionem cont̄
Bohemos: qui suis egressi finib⁹ aliquot
hungarorū castella expugnauerat. Ipse
uero non modo occupata recuperauit: sed
et profligato hostium exercitu: multa
castella multūq; agrorum illis ademit.
Post hęc: multa parauit in eius nationis
exitium: que plane constasset felicissimē:
nisi eius coep̄tis fuissent impedimento nō
nullorū ex hungarica nobilitate in ipius
caput parat⁹ preditorum insidie. Itaque

adatus est necessitate: ut que conceperat animo
in tempus deferret oportunius. **D**einde cum
Amoramus Turcarum imperator pararet iua-
dere Rasciam: ideoque Georgius suis diffidet
uiribus Ioannis periussit auxilia: ut licet
in ipsum aliquando peccasset: cum tamen esset
homo christianus: non esset a duce chri-
stianissimo in tanta mole terum deseren-
dus: non abnuit ipse: sed et opem illi tu-
lit: et affuit. Cum suis enim copiis Tur-
cas iuit obuiam: commissaque pugna: uic-
tor euasit: quippe qui plerosque illorum
uerit in fugam: multos occidit: illos at
qui erant bello meliores cum Frizebugo
illorum duce captos tradidit Georgio:
qui pro sua libidine illos uel trucidaret:
uel coiceret in vincula: aut traderet su-
is: a quibus auro redimerentur. **P**ausis
postea interiectis mensibus cum Frederic⁹
Cesar ageret in noua Ciuitate: quod oppri-
dum in Austria est: nec ueller restituere

Vladislaum hungarum: qui illum quod erat eorum rex poscebant: ab illis Ioannis consilio ac iussione obsessus est: perseueratumque fuit in obsidione: donec affectus ille tedium regem illis tradidit. Cur autem tradere illum ante noluerit: haec reddebat ipse causam: quod timebat adolescentulo: ne uidelicet: si in manus ue nisset hungarorum: fort fortasse quempia: qui ad illum necandum aliquid pararet insidiarum. Ceterum post multa ultiro citraq; dictitata res ita composita est: ut hungari equo patreetur anno: ut a Cesare adhiberet adolescentulo vir aliquis natione germanus qui illi assisteret illuinq; educaret: donec ad regnum administrandum esset idoneus. **V**bi inter ipsos ita conuentum est: permittente Cesare hungari Vladislaum leti Viennam honestissima Germanorum nobilium frequentia comitatum deduxere.

INDEX · XXV:

IN ea urte ubi de rebus agendis mīta dicta agitataque sunt: dcere tum tandem: ut eo conueniret ex omni hungaria optimates: a quibus in nouelli regis uerba iuraretur.
 Itaque ut primū omnes conuenere: de mo re a singulis iuratim. Fecit id ante alios Ioannes Corvinus: qui et sponte sua sum mo illo magistratu quem octo annis ma gna cum laude gressat se coram uniter so conuentu abdicauit. **R**ex autē pri dentum quorūdam consilio usus illi et Istrigensem contulit comitatū et quo se abdicauit magistratum restituit. Post hec: eum rex egroie laudatū magnifice que donatum remisit in hungariā una et omnem illam hungaroru nobilitatē: que viennā gratia rei que memorata ē conuenierat. **I**ntericto dein tempore:

perexit rex ad suum regnum: ingressusque ē
Budam anno ab ortu saluatoris mundi. M.cc
cc.liiij. Illic dum cōmoratur: accipit Mahā
mettum Turcarum imperatōrē: qui nuper a
mōrato p̄rē defuncto in illius successerat
et imperiū et opes expugnata iam urbe Cō
stātinopoli: parat ex p̄fitionem in hunga
riam: percrebūisseque rumore: illum et iā
aduentare: & uelle inuadendē eius prin
cipium facere a Taurino: quod oppidum
magis uulgato uocabulo Belgradū cognō
minatur. Nihil itaque alterius ibi demo
ratus noctu una cum Ulrico Cilię comite
cuius consilio precipue regebatur inde
abīt: Viciūaque profectus est. In ea quip
pe urbe ab Turcarū imperiū arbitrii sūt
Germani qui regebant regem se tuuiores
fore: De regni uero salute nihil ab Ulrico
et a ceteris qui regem adolescentem rege
bant cogitatum. Id eo res ipsa indicauit:
quod Budensem artem sine ullo p̄fisidio

deseruere. Putabant enim: eum qui tā bre
 ui temporis interuallo expugnasset Consta
 tinopolim: grecorum adeo facile extixisset
 imperiū: prima iuuptione primocq; impe
 riū ac una tantum excursione uniuersā
 sibi subactū hungariā cum eti adiacētibus
 regionibus. Satis superque de rege huc us
 que dixit. **D**e bello a Mahāmetto sus
 cepto quemadmodū gestum finitūque sit:
 pauca subiicienda sunt. Id equidem omit
 tendum non censui: ne mihi pretermittet
 ietur immortalitate digna laus: quam ioā
 nes Corvinus eo bello sibi cōpartauit. Suo
 nanque ductu atque auspicijs/ causa dei
 defensa est: quippe qui sine regis auxili
 is paucitate autem militū non solum ob
 stitit potentissimi hostis viribus: sed eo
 etiam rem usque deduxit: ut ille uictus/
 cooptam omiserit expeditionē: amissaq;
 magna suarum copiarum parte: in rem
 malam eo unde uenerat: hoc est ī Thra

ciam rediuerit.

INDEX. XXXVI.



Am Mahammetus Belgradū cum ingenti armatorū exercitu peruenit. Ipsum igitur obfideret. et quanta maxima uisieri potest oppugnat. Hungarorū at erat nemo quāquam omnes maxime formidarent qui aliquid uel de sua uel de patrie salute cogitandū proponeret. Adducti nanque exemplo regis plenq; ad cogitandū de locis ad quæ eis esset fūgiendum conueterant animos. **E**st Belgradum situm in Rascie seu manis dicere Seruig uel superioris Misig finibus. hoc est non a parte hungaric; sed pene tamē Danubiu ab una quidem pte: ab altera uero penes Savium. Illic existens fluvius Danubium ipsum īgreditur. Itaque non a terita tantum: sed a

fluminis quoque nauigis aduerso tum da-
nubio tum Satio tractis oppidum ipsum
obsidione longe lateque cinxerat. Quo si
ebat: ut nulla ex parte possent obsessis auxi-
lia ferri. Sunt qui dicant: in Mahāmeti ex-
ercitu fuisse ad cccc. hominū. Alij ducēta
milia. Non nulli milia centum et sexagin-
ta: sed ea lectissima fuisse: quāquam non i-
ficiatur multa alia milia ad eandem cōcur-
tisse expeditionem spe consequendi p̄gdam
in extimabilem. Nanque expugnato Bel
grado: quod sperabant fieri posse per facile:
non dubitabant inde apertam eis forē
uiam: qua breui tota hungaria perdoma-
retur. Quatuor et sexaginta triremes et
aliorum generum alia permulta nau-
gia trahi Mahāmetus iussit aduerso flu-
mine partim a mari pontico partim a
locis alijs Danubio proximus: quibus
iecta sunt machinamenta: que cōt bel-
lo gerendo necessaria. Quāuis autem īter-

582

cetera uecta sunt enea tormenta quas uulgo
nocitantur ut alijs in locis supra docui bombardas
et uarie magnitudinis et pene inu
merabilia: fucere tamen duo et uiginti: q
alia omnia superauere. Fuerunt enim ad
os unde saxa excuti solent altitudine pe
dum septem: trium autem et uiginti lon
gitudine. **H**oc uero magna admiratio
dignum non est mihi silentio pretereun
dum. Excusa bombardis saxa quanquam
muru[m] aliaque militare dū oppugnaretū
oppidum diruerunt: nemine tamē un
quā occiderunt: pitter mulierē quandā
uetulam: que inter oppugnandū temere
domo egressa ē. **T**entoria sua locauit
Mahāmetus in edito quodam loco: unde
circunquaque cernere posset castra: que
multū terre spaciū longe ac late comple
bant. Tumulū illum ubi erant eius loca
ta tentoria circūstabant territoria fiduc
militū capitū sui custodum: quos Turca

rum lingua nominat Lannizzaros. Disponendis bellicis machinis preerant magna ex parte Itali Germaniq; homines. Eorū autem que erant usui bombardis negotiū Germanis hungariis Bosnensibus ceterisque Dalmaticis datū. Ceterorū qui erant in exercitu militū cura erat uel oppugnare oppidum uel ad uastandum agrum excutere. **A**t Ioannes Coruinus cui semper fuit ingens cupidus micandi cum christiani nominis hostib; turpe maximeque periculosum duces regis et Ulrici atque hungarorū negligētiā tolerandā diuitius: ad hanc solū curā conuerit animū: ut per se nō staret: quin sūme totius non tantū hungarie sed rei quoque publice christiane calamitati consulteretur. Quippe non eū sūggebatur: actum iam esse de re hungarica: si Belgradum in Turcarū redigieretur ditionem. Inde nāque esse ei genti adi-

tum: ut in regnum hungarie irrumperet.
Quartuor sunt huic loco vocula. Ptolomeus Taurinū nominat. Alij quidā geographi ueteres Albam. Recentiorū alij Belgradum: non nulli Andralbam appellant. Duciigitur prudentissimo nihil fuit potius: quā ut ex cogitaret uiam ac modum: quo opem ferret obfessis. Iā enim oppidi murus ac turres uicitorum quotidie quaßabantur magna que eorum pars conciderat. Eorum iniſi compleri fosse incipiebant. Ita paulatim fiebat uia q̄ oppidi hostis ingredieretur
Obfessi quanquā erant in extremū rerum discriminē adduici: se magnis animis turbabantur. Fiebant in primis deo. Eorum causam quę & christi erat christo cōmēdabant. Hoc nihilominus sperabāt: nō de futura sibi in tempore auxilia: modo prestaret deus: ut Coruinus superesset. Dum hęc Belgradi geruntur: Coruinus

comparat ex hungaria quantā potest pro tem
poris angustia armatorū manū. Iam enim
regis uice regnum ipse ut ante dictum est
administrabat. Ceterū cum esset in uisus
obliuorem non nullis illorum: quorū consi
lijs regebatur rex Vlrico presertim Cihę Comi
ti homini natione gēmano regi ipsi consa
guinitate coniuncto: in inferiore pānonia per
id temporis uitam transigebat in quedam
sue ditionis castello: cui Couino est nōmē.
Auctoritate igitur qua fungebatur cōgīt
militum quam dixi manū. Cōgīt et illos:
qui sub coāte militauerāt: et idcirco uarijs
bellorum usibus consueti idonei erant:
qui ad eam militiam arcessirētur. **V**ene
rat sub idem tempus in hungariam Ioan
nes Capistranus ex Italia uir nostro seculo
sanctitatis uite apud omnes opinione pre
clarus ordinis fratrum minorū missus
a Calisto pontifice maximo: qui contionā
do Alemanos Polonosque & hungaros

aliasque his uicinas gentes cohortaretur: ut p-
tuendis hungarię finibus contra Turcas arma
fusceperent. Si qui nero ab ipso persuasi uellet
in tam piam proficiſci militiam eos cruce de
more signatos eisque data peccatorum om-
nium iuxta sancte Romane ecclie eosue
tudinem uenia: coniungere exercitū: quē
Coruinus cœgisset: ut sub tanti ducis au-
spicijs atque disciplina christo militaret.
Paruit Capistranus iussioni tum pontifi-
cis: tum Ioannis legati sedis apostolice sāc-
ti Angeli diaconi cardinalis natione hispa-
ni: quem ad excitandos christianorū aīos
ad eas quartum memini provincias protuen-
dis a Turcarū impetu hungarię finibus mi-
serat et pontifex et sacro sancte Romane ec-
clesie senatus. **A**t quāquam Capistranus
multa peragatus loca nimium laborauit:
pauci tamen persuasi ab ipso fuere: qui ar-
ma fuscepissent. Causa fuit: quod et si itala
lingua erat in concionādo facundus et di-

atque furorem in caput ducis: cuius uirtute tam solerter obsexis et iam expugnandi lata auxilia fuissent. Curatis itaque cuncti Corvinus suaserat corporibus: quam celerime datur opera: qua pararentur que cuncte essent ad resistendū future oppugnationi necessaria. Imprimis autem curatū est: ut et murus et propugnacula uim bombardarum magna ex parte diruta reparentur. Deinde ut tormenta cetera que atma idoneis in locis disponerentur.

INDEX. XXVII

Eo qui insecurus est die euidenter cognitum est: haud aliter cuenisse quam ut Corvinus arbitri se assuerauerat. Namque ut primum illuxit: paratum iam ad oppugnationem Mahāmeti excitū nostrī conspexere. Initio igitur certamē magnis animis. Primiūque saxis excussis

ex tormentis eneis eximie magnitudinis atur
cis muri absque ulla intermissione quatiuntur:
quassatique sepe tandem concidunt. Nostri
quaquam necessitate coacti desierunt a defen-
sione muri: tutantur tamen quod intus est quam
ualidissime. Ut autem quatuor ferme horas
acerrime utrinque pugnatum est: turcarum
ingens manus facto agmine per muros tu-
inas nostras frustra renitentibus irrumpunt
in oppidum. **I**d Corvinus uidens quin non
solum ducas sed militis etiam utebatur offi-
cio ad suos qui turbam iam uictore cooperant
adiuлат. Illos increpat: cohortatur: incedit:
atque mox efficit: ut conuersi protinus in
hostem repugnant fortissime. Conuersus
ipse deinde nunc ad hos nun ad illos co-
hortatur omnes ad rem strenue gerendam.
Omnia circuit: omnia conspicit: omnia or-
dinat. Breuiter nihil omittit corum: que-
ducem eminentissimum in tanto irrum pe-
riculo condecuere. Effectus itaque: ut istau-

rato certamine nostri turcarum conatus for-
 tissime reluctantur. Misera igitur ort
 cedes. Superiores erant turc⁹ multitudine :
 nostri uirtute. Idcirco ex illis longe plures
 ceabantur. Pugnat⁹ ad scrum usque dii. Tu⁹
 dedit immortalis deus: ut maximo nostor⁹
 impetu qua uituperat hostes ex oppido
 pellerentur. Insequuntur nostri: multisque
 mīhi⁹ illorum desideratis: prout a locis p
 que erant disposita illorū et tormenta / et a
 lia quibus fuerant nisi ad adoppugnatio
 nem cīciunt. Inde nittens demū uetus
 redentes quid reperiunt quod fuerat
 ab hoste fabricat⁹ ex materia: ut se tuerē
 tur: incendūt. Tormenterū partem ferro
 perstringunt: partem proijiciunt in flum⁹:
 partem comportant in arcem. Quod ut mi
 dit Mahāmetus solita obsidione dissolit
 timens ne quid sibi accidet infelicius.
 Christianorum tam gloriōse victorie laus
 et honor deo et dño nře Iesu christo pro

cuius religione tuta fuit ea pugna cōmis-
sa primū tribuendus est. Deinde magnē
virtuti fortissimi ducis. Ioanni p̄terea Ca-
pistrano: cuius contiones ad concitandos
nōrū aīos hāud mediocriter profuerū.

INDEX. XXVIII.



PAUCIS postab adepta uictoria diebus.
incidit Corvinus in morbū gra-
uissimū: quem contraxit ob ni-
mum laborem: quem in re ge-
renda suscepserat. Iam enim aduenerat tem-
pus: quo pro magnis suis in christianam
pietatem meritis esset in celo sua p̄em̄ia co-
secutur us. Cum autē morbi uis ughemen-
ter inualeceret: ipso iubente delatus est ad
oppidum: quod zemplen hungarorū lin-
gua appellatur. Fecisse id se dixit: ut co ī
loco deo spiritum suū redderet longe quiet-
ius. Eo Capistranus profectus ut amici re-
ligiosique uiri uteretur officio: adhortati

eum coepit: ut cum nihil spci de ipsius uite
salute superesset ne differat ulterius: quo
minus christianorū ritu suscipiat sacramē
ta: que christiani homines solent in extre
mo uite constituti suscipere. Mirari se ille
respondit religiosi uiri prudentiā: qui mo
neat moriendum christiane uitū: qui p
christiana fide dimicando per sepe se se
morti exposuerit. Igitur si nesciuuit ante
hac: sciat nunc: eum semper dū fuit ī uita
in etate uirili: se & putasse peccatoriē: &
cogitasse morituru. Idecirco perdiu se hoc
seruasse: ut peccatorū confessionē nunq
ultra mensē distulerit. Non ergo se nō
expectasse moriendi momentū: sed more
christiani uiri se ordinasse prudēter que
cunq; uel ad anime suę salutem uel ad
filios quos relinquebat atque ad facul
tates ceterasque res domesticas suas uel
ad rem publicam totius hungarici regni/
quā multos annos administraverat per

tinerent. Nec sibi reliquū esse aliud: quā ut sumat eucharistiā: suoque deinde tē pore/unctionis extreme sacramentum. ut ita fecerit: se non indiguisse mortaliſ alicuius/ sed ſolum dei et dñi ſuui eſu christi consilij: cuius nomen et cultū ipſe in omni ſua uita aduersis blaſphemantem illū turcas / multis bellis na- riusque prelijs defendiſſet. Ut autem ageret cū ta: que nunc cōmemorat/ eo mortalem quīc piām ſe noluiffe conſulere: quod ſeruāda ſibi fuerit ſui illa exiſtimatio et auctoritas: qua maxime ualuiſſet apud uniuersos pene christianaſ nationes. Nequaquā cū decuiſſe: uiirum: qui dum uiixit professy tutusque ſit catholicam pietatem alterius eguiſſe persuasionē: quo bene pieque ui- ta excēderet. Satis igitur ſuperque fuifſe ſe a ſe ipſo persuadum: ut mori uelit / ri- tu christiano. His mox hec adiecit. Gratias nihilominus tibi ago immortales Ioan-

miraque pietate christi corpus ueneratus/
eucharistiam sumpsit: domūque dehinc
incredibili mentis gaudio letitiaque affec-
tus regressus est. Alterum hoc fuit. **A**c-
cepta extrema unctione: quem primū a-
nima aduerit: se iam mortu propinquū:
portari se uoluit ad sacellum: quod ī ē
diderat: ubi mortuus erat sepeliendus.
Ibi iussit se extenso supinoque corpore hu-
mi collocari. Succendi preterea collocariq;
uoluit ad caput ac pedes aliquot lumina-
ut consuetum est in defunctorū si en cor-
poribus: ante quā tumulentur. Expetā-
dum autem ibidem tantisper a quatuor
ordinis minorum clericis a quibus sacri
psalmi dicerentur: dum extingueretur.
E o moriente: affuit Capistranus: aquo/
perlecte sunt orationes ille quas sancti
christiani patres legi constituerūt: qui
christi fideles mortis horū propinquāt.
Vulgata autem appellanone nācupatur

Comendatio anime. Postea uero quam ex-
tinctus est: his in eum usus fuisse uerbis
Capistranus fertur. Vale celeste fidus. heu
cedisti defensor christianorum. Extincta
est lucerna christiani orbis. heu fractum
est speculum: in quod intuentes christia-
ni propugnatores non dubitabant de-
assequenda uictoria. Ceterum bone Io-
annes tecum bene actum est. Nam superia-
to hoste nominis christiani: triumphas
cum angelis: et regnas in celo cum christo.
Tu igitur uere felix es. Nos infelices:
qui relinquimur in hac ualle lachrima-
rum. O bone Iohannes eternum nunc. In
genii obtanti uiri obitum dolore arque
moestitia affecta sunt non solum uniuersi
si totius hungariae populi: sed omnes
quaque christiani orbis nationes. Luxit
eum Nicolaus quintus pontifex maxi-
mus: omnisque romana curia: que tam
fortem tamque fortinatum ac piuum

christiane religionis defensorum amisit.
 Pontificis iussu Cardinalium senatis ei
 magnifice persoluit pasteras. E isolennita-
 tis ipse intrixus. Hunc obuum uisum est
 eccliam uniuersitatem orbis terrarum significas-
 se. Crinitum namque sicutis quem coine-
 tenit Greci uocant aliquot ante quam inci-
 deret in aduersari ualitudinem diebus
 ab orientali apparuit plaga. Quem ut
 ipse uidit domesticis dixit: eo indicio
 multa quidem alia significant: sed obum
 precipue sunt. Ideoque non esse sibi moria
 diu diutius: sed dandam operam: ut dis-
 ponat domini sue: expecterque uigilan-
 ter diem et horam: qua ipsius deus mot-
 taliuia eripiat. Nec secundum quam prenun-
 triuerat evenit. Paucis namque diebus
 post quam evanuit Cometes: invasit cum mor-
 bus quo sublatum fuisse ipsum ostendi-
 mus. Paucis autem post diebus che siuum
 et Capistranus obiit: ut uiri dei sermō accuit.

INDEX. XXIX.

QVOS reliquit filios Ladislau et
Mathiam. Horum p̄cedara erat
adoles: ut oinnes quibus erat
illi cogniti sperarent: ut uiteq;
eorum esset patruas uirtutes felicitate
imitatus. Ceterū cum Ladislau ea iam erat
estate: qua militari bus exeritius erat satis
idoneus: a parentis latere per quā ratiō
discedebat. Que res causa erat: ut parentis
ipse haud mediceri illum amore complec-
teretur. Animi magnitudine nulli etatis
sue iuuenit erat secundus. Humanita-
te & liberalitate quantum sua feriebat
etas absque illa controvertia sumus.
Quibus rebus: fiebat: ut a cunctis hun-
garicis pauas tamen eximis exceptis in
credibili ter diligenteretur. Mathias uero cū
esset adhuc puer: quotiens eius parentis
uersabatur in tribus gerendis: domi apud

Elisabettam matrem educabatur. Parvus nihilominus erat admodum charus et maxime amoenus: quippe qui in puerili etate erat tanta corporis dexteritate: tantaque excellentia in genij erarque a deo ornatus aliquot alijs viribus: quibus bene institutis pueri predicti esse solent: ut ad quemvis magna natus omnium prudentum uitiorum iudicio putarentur.

Turcarum clade Ioannisq; Coruini morte accepta. Vladislaus rex et Ulricus Cilic comes quos metu pertussos ob Turcarum aduentum supra ostendimus perfugisse Viennam rediit in hungariam. Sequenti anno: decreto eius actus est primatum omnium conuentus in oppido: quod faciat no[n]atur: quo totius hungarie resque ob rei mutationem turbatae multifaria superiioribus temporibus fuerant ordinare tur. Ad eum locum uenit et Ladislaus Coruinus Ioannis Coruini filius: cuius modo meminimus magno suorum militum agmine

comitatus. Consulto id fecit iuuenis pruden-
tissimus. Non enim ignorabat ^{ignorabat} iuxta odia:
quibus parentem suum ob inuidiam Ul-
ricus Cilię comes fecerat. dum ille uiuent
prosecutus. Amici nanque ei consiluerat:
ut omni studio caueret ab Ulrico: prop-
terea quod sicut Ioanni Cornino olim ad-
uersatus est: ita et eo animo ipsum esse:
ut illius filio capitali odio semper esset
habiturus. Idque: se dicebant non igno-
rare. Senanque haud dubie et aīaduer-
tisse: et accepisse arregis auctis. Ultiam ip-
sum admitti non modo apud regem minu-
ere eius existimationem: uerum etiā pa-
tare ei infidias: per quas necareuit. Eo i-
gitur adductus consilio Ladislaus armato
rum manu stipatus ad conuentū quē di-
ximus uenit. Satis preterea superque erat:
ei notus inconstantis regis: quod esset iu-
uenis animus: qui Ulrici uoluntate cūc-
ta amministrabat. **S**oluto conuentu perire

xit rex Belgradum seu Anderalbam ui-
 surus loca illa: ubi Mahometus castra lo-
 cauerat quod tempore id castellū obsedit.
 Nec minus preoccupabat ibidem audire
 quicquid gestum fuit uici nostris: dum
 rem defendenter christiana: uel a Tur-
 cis dum nostros et obsidebant: et expu-
 gnare nubebantur. Illic animaduertens
 Ladislaus Vlrici animū nulla placet hu-
 manitate: sed magis magisque in dies
 illum nitit: ut regem in sui odiū et indi-
 gnationem adduceret: ut impatiens do-
 mū in qua ille diuersabatur se confitit:
 tanquam corret animo: ut illi rem suam
 apud regem cōmendaret. **I**n illius ita-
 que introductis cubiculū: desine iquit
 post hac Vlricē me mesque iniurijs
 lassere. Quodsi insentēta persistētis:
 efficiā: ut iras in te meas non plane sine
 tuo magno malo experiaris. Post hec alia
 que multa ultro cititque dicta: quibus

alter alterum haud tolerandis laceravit
maledictis: uentum tandem ad arma.

Id ubi senserunt Ladislai milites: qui ante domus fores suū ducem offerebantur: rupis in pīstibus: cubiculū ingrediuntur. Qui ubi conspexerunt illos strictis ensiby imituum irruere necē: impetum faciunt in Vlricū: continuoque illū interficiunt. Necis fama illico perfertur ad regem. Ipsi et omnibus quorum consilio regebatur ingens terror inectus. Quisq; enim sibi timuit interitū: quippe qui ueabantur: ne quis in ipsis a Ladislai militibus fieret impetus. **L**adislaus confessi inde abiens quā celerime petit castellū Temesuarū nōte: sitū in inferiore pannonia opere: naturaq; et prēsidio imprimis munitū. Id eo factū ab ipso est: quod illic morabatur Elisabeta eius mater una et Mathias eiusdem natu minor frater. Accedebat: quod id castellū corum erat di-

tionsis: in cuius imperium paterna hereditate
 successerant. **R**ex itaque eodem et ipse pro-
 ficietur tentatus uidelicet: an ei illuc
 cuncti Ladislao reluctarentur. Quod si fe-
 cisset: defectors accusari hanc inuenio
 posset: atque ita indignatione iure se in
 illū adducum. Nam obrem: in armorū
 illum decellandum. At uero ei castello p-
 pinquanti Elisabeta cum Mathia filio iū
 adolescentulo obuiam quanquā lugubri
 amita ueste occurrit: propter coniugis o-
 bitum: acuus tempore uix tunc animis
 agebatur. Exceptus rex est a prudentis
 suma stemina magna cum obediencia
 et habitus quam liberalissime. Id autem
 causa fuit: ut rex Ladislao suppliciter
 ad se uenient: perquā facile ignoverit.
 Quicque usi: mē multo clementius: ip-
 sum Mathiamq; eius fratum iure iurā
 do promisit fratum leco se diuinaret
 habitum. Ceterum mala mōte malorū

anima dolos meditabatur: cui postea rei ex-
itus ostendit. **P**ancis post diebus: cū Bu-
dam rex adiisset caudem et Ladislauum et ce-
teti hungaric optimates perirecere. Regi
erant acceptissimi complures: quibus Io-
annes Corvinus fuerat dum esset iuita
admodum inuisus. Pernoctato quippe
illiferbat ipsius obuaria excellentesque
corporis animique dores de quibus metio
supradicta est non apud hungaros modo,
verum etiam apud universas orbis terre
nationes maximam sibi gloriam autori-
tatemque uendicasse. Eo igitur mortuo:
decreuerunt nauare operam: ac prouersus
hoc omni industria efficie: ut filii eius
uita emperentur: ne quid uel gloria uel
memorie tanti viri in hungaria relique-
retur. Eotamen maxime agabantur com-
animi: quod aduenirebant Ladislauum et
iuuenem strenuum ac manu promptum
ad rei militari usum natum: id eoque no-

erat eis ambiguum: quin (si uixisset) facile paternam gloriam esset tantus iuuenis consecuturus. Matheo preterea predicata in doles eos non parum mouebat ad itin- diam: cum ad rem bellicam atq; ad que uis magna natus uideretur. **H**is de cau- sis: inuidi multa regi sulgerunt: multa que singunt: multa meniuntur: denique ea moliuntur: quibus tandem rex dat^e fidei iurisque iurandi oblitus ipsius est ad decernendū: ut Ioannis Cor- uini filij uita eripiatur. Cautius tamē agendum: quo res ex sententia praga- tur. Spem itaque rex uultu simulans/ Ladislauim blande sepe alleguitur. Inlet- cum bono animo esse. Horitur: ut iter regios letus uersetur. Fratis loco a se abs- que nulla dubitatione ipsum semper ha- bendū. Se iuris iurandi quam optime reminisci. His atque alijs eiusdem*modi* uer- bis persepe a rege repetitis: effutum est:

ut Ladislaus inter regis domesticos in cautius uer-
saretur. Inter hęc: Mathiam ex Temesviro/
simulans blanditijs Budam accessit. Pau-
cis post diebus: captiuo tempore: quo fieri
res cōmnde potuit: iubet utrūque fratrem
et cōprehendi et cōiugii in carcerem. Ter-
tio a cōprehensione die latet in Ladislaū
ob necem Vrisci sententia: co preseriam: qđ
regi fuerat consanguinitate propinquus:
tanquam reus esset lēse magestatis: secu-
ri percussus est. Quod autem tunc accidit
maxima dignum admiratione: non ē
silentio pretereundū. Cum lictor tertio
ictu caput amputare non potuisset: La-
dislaus quāquā erat manus post tergum
uictus: uiribus se suis crexit: stansque iu-
re inquit euasi mortem: quando quidē
tertio pertussus ictu dei benignitate ad
huc supersum. **H**is ab eo dicitis: atque a
multis qui astabant auditis: illi co preces-
sit per aliquot passus: sed impedimenta lo-

fuerant Ioanni Coruino amicitia coniuncta
a se deficerent in carcerem ipsos coniecat. Ce-
terum cum paucis post diebus illi astus ad
iuri perfigissent: metuens rex: ne quid ho-
stile in ultione illarē iniurie illi molirentur:
Fretus germanorū quōrumdam auxilijs re-
lata Buda: Vicinā que urbs in austria est
parens imperio Frederici imperatoris Ro-
manorum profectus est. Mathiam autem
carcere eductum ad eandem urbem duci
uoluit: ipsumque in arte regia iussit man-
cipari carceri: custodirique: quanta fieri
potuit diligentia. Fama tunc in hunga-
ria tota percrebuit: nō em eō fuisse animo:
ut Mathiam sicut et Ladislaus decreuerint
interficere. Id nihilominus Bude eō noli-
